




# Manipulus curatorum

<https://hdl.handle.net/1874/340469>



F. qu.  
168

168

Rariora

Miscellanea Theologica

Quarto n°. 168.

RARIORA.

351 (*Libri impr. F. qu. 168.*) Charta. 4°. 15 ff. Saec. XV.

Orationes quaedam.

Fol. 1a. Oratio super infirmum dicenda, cet.

In eodem volumine quam Guidonis de Monte Rotherii Manipulus curatorum impr. s. a. et l., et Confessionale impr. s. a. et l. (Antv. ap. Mt. van der Goes c. 1487).

„Liber monasterii S. Pauli in Trajecto inferiori quem dedit mag. Symon de Allenberch.”

351

In ultimo folio *Manipuli curatorum* leguntur haec annotationes:

„MCCCC. 84 anno a nativitate domini 2° symonis [et] Jacobi suscepti gradum promotionis licentiatus in artibus anno scilicet nativitatis mee 19 in profesto palmarum hora 10<sup>v</sup>. — a° 1487 corrente suscepti gradum licentiatus in artibus lovanii et eodem anno similiter suscepti birretum lovanii cum magistro adriano ram canonico traiectensi in sancto martino — Item anno 1493 corrente suscepti gradum doctoratus in medicina bononie die 29 mensis martii ....”

4011 St. G. 11. 11. 11. 5-11-85

276. **Guido de Monte Rocherii** (Montrocher), *Enchiridion sacerdotum seu Manipulus curatorum*. Z. n. pl. en j. 4<sup>o</sup> min. F. 4<sup>o</sup>, 1681

152 bl., 31 r., één type, got. lett., sign. a<sup>s</sup>—t<sup>8</sup>. Zie voor beschrijving en facsimile *Het Boek III-1914* p. 146—147. De druk is van de groep Proctor 8814—8817 (Fransche groep met Spaansch cachet). — Bl. 1 ontbreekt. Bl. 2a (sign. a ii): [(R)<sup>+</sup>]Euerendo ac in cristo patri domino: domi/no Raimūdo diuina p<sup>2</sup>ouidentia sancte ua/sentie sedis episcopo etc. Bl. 2b

r. 12: sancte cui me humiliter recommēdo// *Incipit p<sup>2</sup>ologus in liberum qui dicitur manipu-lus curatozum* / [(Q)<sup>3</sup>]Uoniā secundū q̄ dicit p<sup>2</sup>opheta malachias/ etc. Bl. 3b (sign. a iii) r. 15: um officium sunt agenda. *Explicit p<sup>2</sup>ologus* / *Incipit libellus qui dicitur manipulus curatozū* / qui habet tres partes/ [(D)<sup>3</sup>]uiditur ergo p<sup>2</sup>esens opusculū in tres par-tes etc. R. 25: *Incipit p<sup>2</sup>ima pars huius libelli* / [(Q)<sup>3</sup>]uantū ad p<sup>2</sup>imā partē p<sup>2</sup>imo uidebūrur [!] aliq̄/ etc. Bl. 150a (sign. t<sup>6</sup>) r. 23: bens charitatiue [!] co<sup>2</sup>rigat: et pro me peccatoze p<sup>2</sup>eces/ ad deum fideliter fundat./ Bl. 150b: *Incipit tabula siue registrum manipuli cu<sup>2</sup>atoru<sup>z</sup>* / Bl. 151b (sign. t<sup>7</sup>) r. 31: *Explicit tabula* / Bl. 152 □. Samengeb. met nr. 186.

186. **Confessionale**. *Quinque orationes Gregorianaē*. [Antwerpen, Matthias van der Goes c. 1487]. 2<sup>o</sup>. F. 4<sup>o</sup>, 1682

Typen 3, 4. — Rubr. α. — Drukkersmerk. — HMT 101 (48) b 1. — Houtsn. (Conway, p. 175—177). — CA 490. — C II 1744. — Peddie II p. 191. — Pr. 9420.

Op het 2e schutbl.: „Liber monasterii sancti pauli in traiecto inferiori quem dedit magister symon de Allenberch“. — Samengeb. met nr. 276 en met hs. 351. — In den catalogus van 1608.



liber möstern scti pauli i tracto isciou que deit  
mgt symo de alleberch

Manipulus curatorum

Confessionale

Augustinus de beate psalmorum

Quaedam orationes bone et utiles

*Par. dicitur.*

*Parn. eccl.*

*Quarta 11: 29*

Hi fuerunt qui fuerunt in concilio fuerunt  
Romae. Jactantur in concilio fuerunt fuerunt




taris

Handwritten notes in the left margin, including the word "taris" and other illegible characters.

Faint, illegible handwriting across the top of the page.

Large block of very faint, illegible handwriting in the center of the page.



Liber möstrey ſeci pauli i ſiecto Inſecion

**R**everendo ac in cristo patri domino: domi-  
no Ratmido divina providentia sancte va-  
lentie sedis episcopo Suorum devotorum  
minimus guido de monte rotherii Cuz de  
vota et humili recommendatione se totum suis obse-  
quis mancipatum: fons sapientie dei verbum dispo-  
sitione mirabili disponens et cuncta ordinans: mili-  
tantem ecclesiam ordinavit et disposuit ad instar eccle-  
siae triumphantis Quod figurative ostensum fuit  
legislatori moysi: quando preceptum fuit sibi ut edi-  
ficaret tabernaculum i deserto: iuxta exemplar quod  
sibi fuerat demonstratum: tabernaculum enim in hu-  
ius mundi deserto constructum e sancta mater eccle-  
siae: ad instar superne Iherusalem ordinata Cuius qui  
dem militantis ecclesiae fundamenta i montibus sanc-  
tis propheta rememorans: per mon tes prelatos su-  
periores apostolis succedentes insinuat: qui ad mo-  
dum spirituum supreme iherarchie medios Inferios  
res videlicet prelatos illuminant perficiunt atq pur-  
gant: ut sic medii a superioribus illuminati sanctis per-  
fecti virtutibus ac erroribus expurgati: inferiores se-  
culares scz et laicos simili modo illuminent perfici-  
ant et expurgent: quod facere nequeunt nisi fuerint di-  
vina imbuti doctrina: hec ergo attenta et vigili medi-  
tatione perpensans: sequens opusculum de instructio-  
ne neophitorum curatorum composuit: rudi quidem  
silo sz utili: non curans de verboru ornatu sed de ani-  
marum commodo et profectu Quod quidem opuscu-  
lu ad vos qui estis sancte eccie lum i are preclaru qluz  
cetis velut lucerna lucēs i firmamento ecclesie militā-  
tis Qui radio divine sapientie exēploqz sanctissime

N. 90. C.

a. ii.



ac sarculo correctionis caritatis. subditos nostros  
illuminatis perfectis et purgatis duci humiliter deli-  
tinandum. ut lima correctionis uestre prodeat in pu-  
blicum. quod sine illa prodire non audeat. Suscipiat  
igitur reuerende pater ac domine cuz affectu beniuo-  
lo presens opusculuz. quod offert humilitas. comitatur  
affectio. ac caritas persuadet. Correctumqz et emenda-  
tum si uestre dominationi uideatur. cōdicite curatis neor-  
phitis. ut qui nesciāt addiscant. et qui sciūt scire gau-  
deant. et ad maiora conscendant. Prāz reuerendā per-  
sonā conseruet deus. et dirigat in agēdis ecclesie sue  
sancte cui me humiliter recommēdo

Incipit prologus in librum qui dicitur manipu-  
lus curatorum

**Q**uonia secundū qd dicit propheta malachias  
in mo dominus per malachiam. labia sacerdotū  
sūt custodiunt scientiā. et legē requirēt de ore  
eius. angelus enīz domini exercitū e. p̄dicirco ne sacer-  
dotibus legis euāgelice contingat illud. quod dōinus  
cūdam sacerdoti legis moisaice per eūdē prophetas  
cōtinuatur dicens. qz tu sciētīā reppulisti. et ego repe-  
lā tene sacerdotio fūgaris. michi. dignū duci aliq̄ ad  
instruccionē neophitorū sacerdotū. maxime curatorū  
scribere. per que possunt se in executione sui officii di-  
rigere. ac deo debite ministrare. nemo autē presūptio-  
nis temeritate me iudicet. q̄ ego peccator ignorans et  
in scius. presumam sacros sacerdotes qui sacre legis  
professores sunt instruere. Confusus enī de illius ad-  
iutorio qui ora mutoruz aperit. et linguas infantium  
facit desertas. similis paruo caniculo. qui latratu suo

magnos leporarios incitat ad currendum / tempta-  
 bo aliqua breuiter scribere: urdone magis prolectis  
 et peritioribus materia altiora et subtiliora et magis  
 sis utilia scribendi / Confido enim qd ille qui dedit  
asine balaam loquelam; michi sine rationabili crea-  
ture infundet scientiam, nec erubescant honorabiles  
sacerdotes a me seruitore minimo, in aliquibus edo-  
ceri, sed considerent illud uerbum doctoris eximii Au-  
gustini: quod ponitur in decretis / Ego iam senex et  
sexaginta annorum etatis, non erubescerem a puero  
anniculo edoceri: licet enim ut dicit Seneca uerecun-  
dum sit senes addiscere: tamen uagis uerecun-  
dum est eis ignorare / Quoniam quilibet autem qui  
uult debite suum officium exequi: debet scire ea que  
ad suum officium pertinent / Officium autem sacer-  
dotum maxime curatorum consistit in quatuor: scilicet  
quod quatuor etymologias istius nominis sacerdos  
que habetur a Damasceno quia sacerdotes quasi sa-  
crados, Sacramentorum ministratores, ideo dicitur  
sacerdos quasi sacra datus, Confessionum auditores  
ideo dicitur sacerdos quasi sacer datus, plebis docto-  
res, non dicitur sacerdos quasi sacra docens: Ergo  
propter primum debent habere tantum de scientia,  
q sciant recte et distincte legere et congrue pronun-  
ciare et accentuare et ad minus grammaticaliter intel-  
ligere ea que in missae officio continentur / Propter se-  
cundum debent tantum habere de scientia: q sciens  
et numerum sacramentorum, et que sit debita for-  
ma et debita materia cuiuslibet sacramenti, et mo-  
dum ea debite ministrandi: potissime de sacramentis  
que ad eos spectant. ¶ Et propter tertium debent

habere tantum de scientia: ¶ sciant discernere inter  
lepram et lepram: i. peccatum et peccatum. et impo-  
nere penitentias salutare. ¶ Propriet quartum debet  
habere tantum de scientia: ¶ sciant ad minus popu-  
lum in articulis et in aliis rudimentis fidei informa-  
**T**re ¶ Obmisso autem primo quia illud spectat ad gram-  
maticam et satis suppono ¶ sancti episcopi nullum  
ad sacerdotii ordinem promouent nisi sufficenter fu-  
erit in grammaticalibus informatus: et quia etiam  
de hoc agetur quando dicitur de sacramento eucha-  
ristie ¶ De tribus aliis in hoc libello e agendum. ¶ Quo  
libellum uolui nominare manipulum curatorum et  
eo ¶ sacerdotes potissime curati: debent istuz libel-  
lum portare in manibus: ut uideant ea que circa su-  
um officium sunt agenda. ¶ Explicit prologus  
¶ Incipit libellus qui dicitur manipulus curatorum  
qui habet tres partes

**D**uiditur ergo presens opusculum in tres par-  
tes in quarum prima agitur de sacramentis et de  
hiis que pertinent ad sacramentorum administr-  
trationem. ¶ Et in secunda de penitentia et hiis que per-  
tinet ad confessionis audientiam et penitentiarum impositio-  
nem. ¶ Et in tertia de fidei articulis et de hiis que per-  
tinent ad populi informationem

¶ Incipit prima pars huius libelli

**Q**uantum ad primam partem primo uidebuntur aliquid  
de sacramentis in generali. ¶ secundo de quoli-  
bet eorum in speciali. ¶ Et primo de baptismo. ¶ Sex-  
cundo de coformatione. ¶ tercio de sacramento eucharis-  
tie. ¶ Quarto de sacramento penitentie. ¶ Quinto de sacra-  
mento ordinis. ¶ sexto de sacramento extreme unctionis.

Septimo de sacramento matrimonii.

De sacramentis tractatus primus

Quantum ad sacramenta in generali primo videndum est de eorum institutione. secundo de eorum efficacia et virtute. tercio de eorum numero et distinctione

De institutione sacramentorum Cap. primum

Sciendum autem quod omnia sacramenta nove legis fuerunt immediate instituta a christo quod probant doctores sic // Quia illius est sacramenta alicuius legis instituere: cuius est legem dare et condere: sed christus fuit immediate conditor statutor et dator legis: ut diffuse probat apostolus in epistola ad gal. et habetur ab isaia dicente Dominus rex noster dominus legislifer noster: ipse veniet et saluabit nos ergo ad solū christū pertinuit instituire legis nove scilicet unde sacramētum baptismi instituit quādo baptismū a Johā. in iordāe suscepit: tūc enim uim regeneratiuā cōtulit aq̄e licet tūc sacramētū baptismi instituit: tamē nullus ad susceptionē baptismi fuit obligatus usq̄ post resurrectiōes. quādo in die ascēsiōis dixit aposto. Eūtes in uniuersū mūdū predicāte euāgeliiū omni creature // Qui crediderit et bap. fuerit: saluus erit. Qui uero nō crediderit: condēnabitur. Sacramētū autē cōfirmatiōis instituit: quādo imposuit māns supra capita paruulorū et aposto. prohibētibz dixit. Minime paruulos uēire ad me. licet alig doctores dicāt sacra. cōfirmatiōis instituit in die pētecostes quā misit uisibiliter spūz sctū super aposto. primū tū reputo uerius Sacramētū eucha. instituit in die cēe. quā post cōestiōez agni pascal is panē in suū corpus et sāguinē

ineffabili potentia conuertit dicens apostolis: Acci-  
piste et comedite: hoc est enim corpus meum. Et sumpto ca-  
lice dixit: bibite ex hoc omnes: hic est calix sanguinis  
**T**nis mei. Sacramentum autem penitentie instituit  
quando exordium sue saluberrime predicationis as-  
sumpsit dicens: Penitentiam agite: appropinquabit  
**T**enim regnum celorum. quod autem peccata essent confi-  
tenda sacerdotibus figuratiue instituit: quando de-  
cessit leprosis ab ipso mundatis precepit dicens: Ite ostē-  
dite uos sacerdotibus: licet enim teste propheta ezechie-  
le: qui dicit in persona dei: quacūque hora ingemue-  
rit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor. Quia  
uis peccati in contritione dimittatur: tamen peccata sunt sa-  
cerdotibus nichilominus confitenda: si possibiliter  
**T**occurrit. Sacramentum ordinis instituit: quando in die  
cene postquam coicauit apostolos dixit eis: hoc facite in  
meam commemorationem. tunc enim secundum doctores om-  
nes apostolos in presbiteros ordinauit. Sacramen-  
tum etiam extreme unctionis instituit: quando apostolos misit  
uigere et sanare infirmos: unde illud quod dicunt alii  
qui doctores: quod beatus Jacobus instituit sacramentum  
istud quando in canonica sua dixit: Infirmatur quis ex  
uobis inducat presbiteros ecclesie et orent super eum  
ungentes eum oleo in nomine domini: salua eorum reuerentia non reputo  
uerum propter rationes superius in principio huius capi-  
tuli deest. Credo enim quod illud dictum beati Jacobi non  
fuit institutum sacramentum. sed eius promulgatio. unde be-  
atus Jacobus non fuit institutor huius sacramenti: sed  
**T**solus promulgator. De sacramento matrimonii quando  
fuit institutum: et utrum fuit institutum a christo incarnato est  
dubium: cum matrimonium fuerit in statu innocentie: et in

5  
tēpore ante incarnationēz sicut et post incarnationem.  
Et ideo ad huius dubii solutionem sciendum q̄ ma-  
trimonium potest tribus modis considerari. uno mo-  
do pro ut ē in officio nature. Alio mō prout ē reme-  
diū carnalis cōcupiscētie: tercio mō prout ē signū ali-  
cuius rei scē cōiūctōis. scz crisi et ecciē: quā signi-  
ficat cōiūctio q̄iorū uiri et uxoriz: et cōiūctōis natu-  
re hūane et diuine in persoā filii dei: quā significat  
cōiūctio corporū: matrimōiū p̄iō et secūdo mōis cō-  
sideratū: uō ē sacramētū prout loquimur hic de sacra-  
mēto matrimōi: tercio mō cōsideratū ē sacramētuz  
et sic fuit institutū a deo: quādo in utero uirginis uor-  
luit naturā nostrā nrē: diuie unitate sui supposi-  
ti seu persōe. quā unioez signat matrimōium. Sicut  
eniz in actu matrimōiali uir et uxor sunt duo in carne  
una: sic due nature. s. diuina et hūana sunt in una per-  
sona. uidelicet in persona filii dei: et istud sufficiat de  
institutiōe sacramentorum

**De efficacia sacramentorum**

Ca. ii

**D**e efficacia at̄ et uirtute sacramētorū. Sciēdū  
q̄ uirtus sacramētorū in generali: qz postea  
dicetur de uirtute cuiuslibz in spāli: consistit  
in duobus. s. in auferēdo culpā: et in cōferēdo grāz.  
Nō eniz sacramētū noue legis nisi sit oper. i. impet-  
dimentū ex parte recipiētis: aufert culpā si inuenit eā  
et cōfert uel auget grāz. Ex hoc differūt sacramēta  
noue legis a sacramētis at̄ique legis: qz sacramēta  
ueteris legis sacro circūcisionis excepto: in q̄tum  
ad absolutiōem culpe et collationem gratie sed totā  
tam uirtutem et efficaciam suam habebant ex parte  
operis operantis. **S**acramēta autem noue legis



non solum habent efficaciam ex parte operantis: im-  
mo etiam ex parte operis operati. Opus operans  
uocatur deuotio suscipientis sacramentum. Opus o-  
peratum uocatur actus exercitus circa sacramentū  
sicut opus operatum in baptismo est aspersio uel im-  
mersio aque et prolatio uerborum. Et q̄ sacramen-  
ta noue legis quantum ex parte operis operati con-  
ferunt gratia et sint causa gratie patet per diffinitio-  
nem sacramenti positam a magistro sententiarum  
in quarto li. que talis ē Sacramētū ē inuisibilis grē  
uisibilis forma: ut eius similitudinē gerat et cā exis-  
tat. utrū at sint cā grē: sicut cā line q̄ nō: uel line cā  
propter quā indiget maioris cōsiderationis. q̄ per  
tineat ad presēs opusculū. Est et alia uirtus sacrosan-  
tū noue legis q̄ qdā eorū imprimunt caracterē in sus-  
cipiētibus ea. scz baptisimus: sacramētū cōfirmatio-  
nis: sacramētū ordinis. Et ē caracter quedā squālis  
ptās per quā suscipiēs sacramētū potest aliquid fa-  
cere uel recipere. q̄ nō poterat ante. sicut baptisatus  
pōt recipere alia sacra ecciē. q̄ nō pōt nō baptisatus.  
Et ordinatus pōt exercere officiū sui ordinis quod nō  
pōt facere nō ordinatus. Et cōfirātus tētur audacter  
cōfiteri fidē cristi tēpoze persecutiōis fidei. ad quod  
nō tētur nō cōfirmatus nisi forte ipse spāli requirere  
tur de fide. Alia at sacra. s. eucha. pētētia: extreā un-  
ctio: et matrimoniū: nō imprimūt caracterē cōicare: et  
multoties cōicare: et multoties cōfiteri: et multoties  
inūgi. et mortua una uxore cū alia cōtrahere. Et sa-  
cra que imprimūt caracterē nō debēt nec possūt ite-  
rari: sicut nullus debz bis baptisari uel confirmari  
uel ordinari. Et ratio ē talis: quia uirtus eorū sēper

manet. s. character qui ē indelibilis Et istud sufficit  
at de uirtute sacramentorum in generali.

**¶** De numero et distinctione sacramentorū **Ca. lii**  
**Q**uantū ad numerū sacramentorū sciendum  
sūt septem scilicet. s. baptilmus; confirmatio; eu-  
charistia; Penitentia; extrema unctio; ordo; et  
matrimonium. **D**istinctio autem sacramentorum da-  
tur a quibusdam doctoribus talis. **S**icut est in uita  
corporali: sic suo modo debet esse in uita spiritali. **I**n  
uita autem corporali sic uidemus q̄ primo genera-  
tur homo: secundo augetur. tercio nutritur. quarto ue-  
nit ad tantam perfectionem uirtutis q̄ potest sibi si-  
mile generare. et sic genus humanum multiplicatur.  
**E**t q̄ sanitas hominis pot̄ impediri per infirmita-  
tē. t̄o quinto homo indiget medicina duplici. una cō-  
tra infirmitatem. alia contra reliquias infirmitatis.  
et sic in uita corporali sunt quinqz necessaria. scz ge-  
neratio; augmentum; nutrimentum; multiplicatio; et  
medicina. **S**imiliter in uita spiritali. qualis est uita  
fidelium uiuentium in fide et unitate ecclesie. sunt quin-  
qz scilicet spiritalis generatio; que fit in baptilmo;  
per quē hō regeneratur cristo. **S**pūale augmentum  
quod fit in cōfirmatione. in qua baptilmus augetur.  
**S**eptima ē nutrimentum quod datur in eucharistia.  
que est cibus anime. **E**t quia fideles indigēt multis  
multiplicari spiritaliter et corporaliter. **Q**uam ad mul-  
tiplicationem spiritalē accipitur sacramentū ordi-  
nis per q̄ ministri eccie multiplicentur. **Q**uam ad mul-  
tiplicationē corporalē accipitur sacramentū matris  
monii quod ordinatur ad multiplicationē corpora-  
lē fidelium. **S**piritalis medicina contra spiritalē

infirmitatem est duplex. una est contra spirituales in-  
firmitatem que est peccatum: et est sacramentum pen-  
nitentie. Alia est spiritualis medicina. contra reliqui-  
as peccatorum. et est extrema unctio. et sic patet num-  
merus et sufficientia septem sacramentorum. Et ista  
sufficiant de sacramentis in generali

**S**ecundus tractatus prime partis de baptismo.  
Nunc dicendum de sacramentis in speciali. Et  
primo de baptismo. Circa quem consideran-  
da sunt octo. Primo quid est baptismus. Sec-  
cundo de materia eius. tercio de forma. Quarto de  
ministro baptismi. Quinto de suscipientibus bap-  
tismi. Sexto de ritu baptismi. septimo de effectu bap-  
tismi. Octavo de annexis baptismi.

**Q**uid est effectus baptismi. Ca. ii

**B**aptismus est ablutio exterior corporis in aq-  
cū prescripta et taxata forma uerborum facta.  
Ita quod illa ablutio materialis quæ fit exterius in  
corpore est signū abluitionis spiritualis. quæ deus fa-  
cit interius in mēte. De materia baptismi. Ca. ii

**M**ateria baptismi est simplex aqua elementaris.  
quod autem aqua sit materia baptismi propria  
patet ex institutione christi qui instituit baptil-  
mū fieri in aqua. si autem instituisset baptismus fieri in  
uino uel in aliquo alio liquore: uinum uel ille alius li-  
quor esset propria materia baptismi. Alique tamen  
congruentie assignantur a doctoribus quare christus  
instituit magis baptismum fieri in aqua quod in alio al-  
liquo liquore. Quarum una est quod sacramentum maxi-  
me necessitate debet habere materiam maxime com-  
munem. ne propter defectum materie aliquis homo

7

impediretur a susceptiōe baptisimi. **S**ed baptisimus  
 ē sacramentum maxime necessitatis: quia sine baptis-  
 mo nullus potest saluari. **I**deo baptisimus debet ha-  
 bere materiam maxime communem: talis autem ma-  
 teria ē aqua que inuenitur in qualibet terra: et de fa-  
 cili potest haberi. **I**deo nullus potest excusari a sus-  
 ceptione baptisimi: propter defectum uel charistiam  
 materie eius: sicut posset excusare si materia baptisimi  
 esset uinum uel oleum uel lac uel aliquis alius liquor  
 preciosus: qui non inuenitur in omni terra. nec posset  
 ita de facili a quolibet haberi. **A**lia congruentia qua  
 re aqua ē propria materia baptisimi assignatur a doc-  
 toribus talis. Quia proprietates aque maxime conue-  
 niunt cum baptisimo. **E**st enim aqua mundificatiua  
 sordium: refrigeratiua: estuantium peruersa. i. lucida o-  
 culis intuentium. **S**imiliter baptisimus mundat sor-  
 des anime: ideo uocatur baptisimus: nam baptisimus  
 grece idē ē q̄ lotio latine: unde baptisare idē ē q̄ laua-  
 re. baptisimus ē refrigerat esum carnalis concupiscentie.  
**A**rgu-  
 illuminat oculos mentis respectu notitie diuine. **A**rgu-  
 unt ergo doctores sic. **I**llud est propria materia bap-  
 tisimi. cuius proprietates maxime conueniunt baptisimo.  
**S**icut statidictum ē proprietates aque maxime conueniunt bap-  
 tisimo. ergo aqua ē materia propria baptisimi. **U**trum autē a-  
 qua sit benedicta uel non nichil facit ad baptisimum. quia ita  
 pot fieri baptisimus in aqua non benedicta. **S**ed aqua baptis-  
 malis in ecclesia benedicitur. propter solennitatem et ma-  
 iorem reuerentiam circa baptismum. **S**ed nunquid in aqua ros-  
 facea uel in aqua ardente uel in aliis aquis distillatis po-  
 test fieri baptisimus. si aqua elementaris inueniri non posset.  
**R**espondendum quod non quia tales aque non sunt proprie aqua

sed humores illorum corporum a quibus distillantur  
In lixiuo autem nisi aqua possit inueniri posset fieri  
baptismus: cum lixiuum nichil aliud sit q̄ aqua co-  
lata per cineres. Et propter eandem rationem dicitur  
quidam doctores: q̄ in urina propter defectum aque  
posset baptisari: quod tamen non credo esse nerum.  
q̄z urina nō ē aqua: s̄ hūor resolutus a cibis comel-  
tis: et idē dīco de salua. **S̄z nōne i brodio carniū pōt**  
**fieri baptismus.** si alia aqua non potest haberi. **Dicē**  
**dum q̄ aut tanta resolutio carniū ē facta in brodio**  
**illo q̄ desinit ibi species aque.** et ē alia species de no-  
uo generata: et tunc ibi nō potest fieri baptismus: aut  
non ē tanta resolutio carniū facta: et tunc fieri pos-  
set in tali brodio baptismus. Quando autem ē tanta  
resolutio facta uel non: potest perpendi in spissitudine.  
**S̄i enim ē spissitudo tanta illius brodi q̄ta ē in ni-**  
**ceto uel aliquantulum mīor:** non credo q̄ posset in il-  
lo baptisari. **S̄i autem non sit ibi tanta spissitudo q̄**  
**brodium sit pingue:** tunc credo q̄ in illo brodio possit  
fieri baptismus. et idē dīco de luto. **Sed si aqua ex-**  
**primeretur de luto i aqua illa expressa posset fieri bap-**  
**tismus.** **S̄i nīc etiam liquefieret in illa aqua liquefac-**  
**ta a nīc posset fieri baptismus.** **Solet autem ab alijs**  
**quibus talis fieri questio.** **Si esset unus puer bap-**  
**sanus iuxta unum puteum.** et ille qui deberet bap-  
tisarē eum non haberet cum quo extraheret aquam de  
puteo: nec posset aliunde aquam habere. et puer esset in  
periculo mortis: nunquid deberet eum in puteum pro-  
teere: dicendo baptisate in no. p̄ etc. **Dicenduz ē q̄ nō**  
**nam secundum q̄ dicit apostolus nō sunt faciēda ma-**  
**la ut eueniant bona.** licet ergo istud bonuz eueniret q̄

8

aiā istius pueri saluaretur. tamē ille qui proferret euz  
faceret illud malum q̄ peccaret mortaliter et sic q̄ tu3  
in se ē damnaret animam suam. Et qui libet secunduz  
ordinem caritatis plus debet diligere animam suaz.  
q̄ animam cuiuscunq3 alterius. Et si dicatur q̄ ta-  
lis postea possit confiteri de illo peccato. et sic non dā-  
naret animam suam. Dicendum q̄ istud ē fatuum dī-  
cere: quia nullus ē certus de uita sua. unde iste non ē  
certus si statim postq̄ profecerit puerum. uel etiam i  
ipso acceptu profectionis moreretur. unde habere ta-  
lem spem ē proprie temptare deum: quia certum ē q̄  
talis si proiciat pueruz peccabit mortaliter. Incertū  
ē autem si deus dabit sibi spacium confitendi: quaz  
re faciendum ē secundum consilium beati Augustini  
dicētis: tene certū et dimitte incertū. notādū q̄ si aq̄ sit  
calida uel frigida nil facit ad baptismū. S3 semper  
uitādū ē periculū baptisādi. De forā baptismi c33  
**Q**uoniam circa formam baptismi sciendum q̄ alia forā  
ma utuntur greci in baptisando: et alia forma  
utūtur latini: nā greci utuntur tali forma: bap-  
tisetur seruus cristi. n. in. no. p. etc. latini utuntur autē  
tali forā baptisote i nomine. p. etc. Quis ex utraq3 for-  
ma sequatur baptismus: nam greci ita bene baptisati  
sunt sicut latini: quod patet quia quando redeunt ad  
unitatem ecclesie romane non baptisantur: tamen for-  
ma latinorum cōuentētor ē q̄ forā grecorum quod pa-  
ret ex duobus. primo quia illa forma baptismi conue-  
nientior ē que magis concordat cum uerbis cristi in-  
stituentis baptismum. sed cristus instituens baptismū  
dixit apostolis ut recitat beatus matheus in euange-  
lio suo. Itē docete omnes gentes baptisantes eas

in nomine patris et filii et spūs sancti **E**t cuz istis uer-  
bis magis concordat istud uerbū baptiso: q̄ hoc uer-  
bum baptisetur: quia hoc uerbum baptiso ē actiuum  
sed hoc uerbum baptisetur ē passiuum: et illud parti-  
cipium baptisantes descendit a uerbo actiuo nō pas-  
siuo: ergo conuenientior est forma latinorum que dicit  
baptiso: q̄ grecorum que dicit baptisetur. **S**ecū-  
do potest idem patere sic. **I**lla forma ē conuenienti-  
or forma baptismi. in qua et per quam magis exprimi-  
untur ea que sunt necessaria in baptismo: sed talis  
ē forma latinorum. per comparisonem ad formā gre-  
corū: quia in baptismo ē necessarius actus dei conse-  
rentis efficaciam baptismi: et istud tangitur i utraq̄  
forma cū dicitur **In. uo. p. et. f. etc.** **E**t ē ibi etiam ne-  
cessaria persona suscipientis baptismum: et ista expri-  
mitur in forma grecorū cuz dicitur seruus cristian. **I**n  
forma latinorū exprimitur cū dicitur te **E**t ibi ē ne-  
cessaria persona ministri baptisantis q̄ non exprimi-  
tur ad minus explicitē in forma grecorū **I**n forā at la-  
tinorū exprimitur implicitē per hoc quod dicitur bap-  
tiso **Q**uare conuenientior ē forā latinorū q̄ grecorum. uerū  
etiam simile ē q̄ forma qua utitur romana ecclesia q̄  
omnium ecclesiarum caput ē et magistra. sit conueni-  
entior quacunq̄ alia. **E**xtra de baptismo et eius effe-  
ctu. c. maiores **E**st ergo debita forā baptismi. bap-  
tiso te i no. p. et. f. q̄ at nominetur persona baptisanda  
uel q̄ ponatur ibi ego et amen: dicendo petre uel ma-  
ria: ego baptiso te in no. p. etc. non sunt de essentia forā  
me: quoniam sine ipsis posset fieri baptismus: tamen  
dēnt poni in forma propter maiorem expressionem nō  
est uero necessarium q̄ ponantur. **I**sta autem forma

9

potest proferrī in latīno uel quocunq; alio ideomate  
utrū at possit aliquid mutari circa istā formā Scien  
dū q̄ ille qui aliquid mutaret circa istā formā aut in  
tenderet mutare ritū ecclesie: et sic nō eēt baptismus  
aut intenderz facere illud quod facit ecciā: s; ex q̄dā  
ignorātia seu aduertentia aliquid circa ipsaz forāz  
immutaret. tunc circa hoc sciendum: q̄ talis mutatio  
potest fieri quinq; modis. uno modo mutando tota;  
liter uerba ipsius forme: et non fit baptismus ex tali  
forma: sicut si diceretur sic. baptiso te in nomine ge  
nitōris et geniti. et procedentis ab utroq; licz enīz  
ex communi usu loquendi: genitor signat patrem et  
genitus signat filium. et procedens ab utroq; spiri  
tum sanctum. tamen proprie loquendo in diuinis ge  
nitor genitus et procedēs expressius signat actus no  
tionales personarum: q̄ ipsas personas In forma at  
baptismi debet fieri mētio expressa de personis alio  
modo potest fieri mutatio circa formam baptismi  
transponendo uerba ipsius forme sicut si diceretur  
sic baptiso te in n. f. et. p. et. f. f. uel quomodolibet aliis  
ter transponendo: et tunc cum manet idem sensus uer  
borum: ex tali mutazione non impeditur baptismus  
Aliomodo potest fieri mutatio circa ipsaz forāz bap  
tismi. addendo aliquid ad ipsam formā. et tunc talis  
additio aut corrumpit sensum forē uerborū: sicut mu  
tabat Arrius formā: dicēdo sic. baptiso te in n. p. ma  
toris et: s. minoris et: s. talis enīz additio corrūpit se  
sū uerborū forme: cū tollat equalitatem personarum  
Aut talis additio non corrūpit sensū uerborū s; non  
obstante tali additione manz sensus uerborū. et tūc  
si ille qui addit aliquid intēdatur mutare forāz ecciē



nichil facit: cum non baptiset in fide ecclesie; si autem  
non intendat mutare formam ecclesie; sed et quada-  
dam deuotione addit ibi aliquid aliud; sic dicendo  
baptiso te in no. p. et f. et s. et beate uirginis; uel be-  
ata uirgo adiuuet te; uel aliquid aliud tale; talis ad-  
ditio non impedit baptismum. **Alio modo** potest im-  
mutari forma baptismi. diminuendo aliquid de ea  
et tunc si diminuatur dictio integra quecumque sit illa  
de omnibus istis; baptiso te in no. pa. etc.; nichil fit; quia  
omnia ista uerba sunt de essentia forme; si autem non  
diminuatur dictio integra; sed pars dictionis tunc  
aut talis diminutio fit in principio dictionis; sicut  
de ista dictione patris; uel quacumque alia subtraha-  
tur prima littera uel prima sillaba; talis diminutio  
impedit baptismum; cum tollat sensum uerborum.  
si autem fiat talis diminutio de fine dictionis; sicut  
de ista dictione patris remoueat; uel aliquid tale  
taliter non impedit baptismum; cum maneat idem sen-  
sus uerborum sicut narratur in decretis in tractatu  
de con. di. retulerunt quod quidam sacerdos ignarus lin-  
gue latine; baptisabat sub ista forma: baptiso te in no-  
patris etc. Et dicit papa in decreto illoquere bap-  
tisabat. **Alio modo** potest fieri mutatio circa ipsam for-  
mam baptismi. interruptendo uerba ipsius forme et  
tunc si sit tanta interruptio quod impediat intentionem  
baptisantis; sicut si de ma. diceret; ego baptiso te pos-  
tea iret ad expediendum negotia; sed: quando rediret  
diceret; in no. p. et. f. et s. **Si** autem non sit tanta interruptio  
quod mutet intentionem baptisantis; sicut si diceret bap-  
tiso te in no. pa. et hoc dicto dicat assistentibus tacete uel  
orate deum uel aliquid tale; hoc non impeditur.

baptismus

De ministro baptismi

Ca lxxx

**M**inister baptismi est duplex. unus extra casum necessitatis et iste est sacerdos. Ad solum enim sacerdotem extra casum necessitatis pertinet baptizare. Alius vero que assignatur a doctoribus est ista. Ille est proprius et ordinatus minister sacrorum qui habet potestatem supra corpus christi verum. sed solus sacerdos habet potestatem super corpus christi verum. ideo solus sacerdos est proprius et ordinatus minister sacramentorum. quod autem ad illum pertineat dispensatio sacramentorum qui habet potestatem super corpus christi verum probatur sic. Quia ad illum pertinet ordinatio corporis christi in sacris. quod est ecclesia id est congregatio fidelium. qui habet potestatem supra corpus christi verum. sed si dispensatio sacramentorum pertinet ad ordinationem corporis christi in sacris. ergo dispensare sacra pertinet ad illum qui habet potestatem super corpus christi verum. Sed talis est solus sacerdos. quare ad solum sacerdotem pertinet dispensare sacramenta. Alius est minister baptismi in casu necessitatis et iste potest esse vir quam mulier. tam fidelis quam infidelis. hoc enim inter est. inter baptismum et alia sacra. quod minister baptismi potest esse alius quam sacerdos. non autem minister aliorum sacramentorum. Et ratio istius est quia baptismus est sacramentum maxime necessitatis. non autem alia sacramenta. quod sine baptismo saluari potest. sine autem aliis sacramentis saluatur nulli. Arguunt ergo doctores sic. Illud sacramentum quod est tate necessitatis. quod sine eius

b it

sumptione nullus saluari potest; debet habere ministrum ita communem. & propter defectum ministri nullus excusetur a sumptione eius; sed sacramentum baptismi est tante necessitatis. & sine sumptione baptismi nullus saluari potest; dicente cristo saluatore nostro in Johanne. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei. **P**ro sacramentum baptismi debet habere ministrum communem; & nemo propter defectum ministri excusetur a sumptione baptismi. **E**t idcirco in casu necessitatis tam uir & mulier fidelis uel infidelis; sicut in deus; paganus; hereticus; baptisare potest; dummodo baptiset in aqua; et debite proferat uerba baptismi; et habeat intentionem faciendi illud; quod facit ecclesia: licet infidelis credat illud nichil ualere. **T**amen & semper deferendum est ceteris paribus digniori; unde infidelis in presentia fidelis non debet baptisare; mulier etiam in presentia uiri non debet baptisare; non promotus etiam ad sacros ordines non debet baptisare in presentia promoti; nec laicus in presentia clerici tonsurati non debet baptisare. **E**t ratio istorum est: quia ille qui baptisat; baptisat in persona cristi; et representat eius personam que perfectus representatur per fidelem & per infidelem; uirum & per mulierem; per promotum & per non promotum; per tonsuratum & per non tonsuratum. **S**ciendum tamen & in illo qui baptisat requiritur intentio baptismi sancti; scilicet faciendi quod intendit seu facit ecclesia; aliter non est baptismus. quantumcumque alia necessaria sint sibi; nunc autem non requiritur & sit talis intentio; & baptisans intendat baptismum ualere bap

tisando ad uitam eternam. Immo cum intentione cō  
traria scilicet cum intentione q̄ baptismus. nīl ualē  
solum q̄ baptisans intendat facere in ecclesia quod  
cunqz sit illud: ualeat baptismus. S; nunquid si ali  
quis minimus uel quicunqz ludendo aspergat aquā  
super aliquos non baptisatos: dicendo In nomine  
patris etc. tales essent baptisati. Dicendum q̄ talis  
aut intendit baptisare intendendo facere quod facit  
ecclesia: licet de hoc faciat truchas et derisiones su  
as et tunc talis quis grauer peccat faciendo irreue  
rentiam sacramento: tamen uere confert baptismus  
Si autem non intendat facere quod facit ecclesia nīl  
facit: nunquid etiaz in casu necessitatis aliquis possz  
baptisare seipsum. Dicendum q̄ iste casus ponitur  
in quadā decretali. debitum extra. de baptismo et es  
ius effectū ubi narratur de quodam iudeo qui prop  
ter iudeozū metū non erat ausus uocare aliquem si  
delem: s; accipiens aquā dixit baptiso me in nomi  
ne. pa. etc. Ad huius euidentia uidendus est q̄ duplex  
ē baptismus scilicet fluminis. flaminis. et sanguinis  
fluminis ē quādo quis baptisatur aqua: et istud ē sa  
cramentum ecclesie et de isto loquimur hic et loquen  
do de tali baptismo nullus potest baptisare seipsuz  
Et ratio redditur a papa in decretali. quia baptisa  
mus ē quedā generatio spūalis. Et ideo sicut nullus  
potest seipsum generare corporaliter: dicente beato  
Augustino in libro de trinitate: nullus genuit seipsū  
fra nullus potest se generare spiritualiter: baptisans  
do uidelicet seipsum. Et ē alius baptismus: scilicet  
flaminis: quando spiritus sanctus mundat et ablute  
anima alicuius inuisibiliter a peccato. Et tali bap  
 b iiii.

risimo pōt aliquis baptizare se ipsum: disponendo scilicet se ad gratiam. Et ideo non baptizatus adultus habendo deuotionem ad baptismum et essendo in proposito q̄ si haberet oportunitatez susceperet sacramentum baptismi: si moriatur in tali proposito saluatur necē contra uerbum supra allegatur. nisi quis renatus etc: quia hoc intelligendū ē ex aqua. in paruulis in re. sed in adultis uel in re uel in uoto. Et licet iste non sit renatus ex aqua in re: ē tamen renatus in uoto. **T** Est alius baptismus sanguinis: quando scilicet aliquis non baptizatus sustinet mortem pro fide christi: et talis baptismus proficit ad salutem: dum tamen habeatur baptismus aque in uoto: si ille qui sustinens sit adultus. sicut habetur in legēda beate katerine de illis rethoribus qui ad eius predicationez conuersi fuerunt: quos imperator fecit comburi. Si autem non sit adultus non requiritur tale uotum: sed sufficit ad salutem mors tollerata pro christo. sicut fuit de innocētibus: et tali baptisō nullus pōt se baptizare: quia nulli licitum ē interficere seipsum pro quacunq; causa: nec ē contra hoc de Samsonē et Rasia: qui interfecerunt seipsum: quia ut dicit Theronimus factum eorum non ē trahendum ad consequentiam: quia prius legis paucorum non faciunt legem communem: nunquid etiam in ministro baptismi requiritur bonitas uite: q̄ scilicet sit sine mortali peccato. Dicendum q̄ illa questio intelligenda ē de sacerdote: qui ut dicitur ē: proprius minister baptismi. Ad huius solutionem sciendum q̄ q̄tum ad effectum baptismi: nihil facit bonitas uel malicia ministri: quia siue sit bo-

nis sine malus confertur ut dictū ē vere baptisimus /  
 sed quantum ad ministrum: queritur utrum peccet  
 in baptisando uel non / Dicendum q̄ sacerdos aut  
 baptisat in casu necessitatis sine solemnitate aliqua /  
 baptisat in casu necessitatis: et tunc non peccat mortaliter /  
 sicut faceret una uerula / et tunc non peccat mortaliter /  
 sicut faceret una uerula / et tunc non peccat mortaliter /  
 ter. si baptisat existens in peccato mortali / Aut bapti-  
 fat extra casum necessitatis: et cum solemnitate. Et  
 tunc peccat mortaliter. si baptisat existens in peccato  
 mortali / quia facit irreuerentiam sacramento. uerum  
 ē tamen q̄ dominus Durandus quondam episcopus  
 Antientis / qui fuit doctor sacre pagine dicit in q̄r  
 to suo: q̄ quomodocunq; sacerdos existens in pecca-  
 to mortali baptisat. peccat mortaliter / Et utrum eius  
 opinio sit uera nescio: tamen scio q̄ satis ē dura / Sci-  
endum etiam q̄ minister baptisimi debet esse / unus  
 et ratio assignatur communiter a doctoribus / Quia  
 baptisans baptisat in persona cristi / cuius ē una per-  
 sona. et idcirco persona baptisans debet esse una: un-  
 de plures non possunt baptisare unum / Et si dicatur  
 unus potest baptisare plures. dicendo baptisate uos in  
 nomine patris et filii et spiritus sancti / ergo simili  
 modo plures poterunt baptisare unum: dicendo nos  
 baptisamus te in nomine patris et filii et spiritus et  
 cetera / Dicendum q̄ non ē simile: quia quando dici-  
 tur baptisate uos. idē est ac si diceretur baptisate te et te.  
 quia nichil mutatur in forma / Quando autem dicitur  
 baptisamus te: idem est ac si diceretur / Ego et  
 tu baptisamus te / quia differentia ē inter nos et uos  
 quia nos idem ē quod ego et tu / uos autem idem  
 q̄ te et te sō dicēdo uos. nil mutatur in forā / s; dicēdo

**T**unc mutatur Solet autem poni ab aliquibus talis  
casus. Ponatur hic q̄ sint duo: quorum unus sit mu-  
tus et alius m̄cus, et sit ibi unus puer baptisādus,  
et mutus aspergat eum aqua, et m̄cus proferat  
uerba. Queritur utrum talis puer sit baptisādus. **D**i-  
cendum. **Q**uaut isti baptisant in forma latinozum: uel  
grecozum. **S**i baptisant in forma latinozum: tunc di-  
cunt aliqui doctores, q̄ iste puer non sit baptisatus,  
quia ut dictum est supra, baptisans in quacūq; for-  
ma baptiset: baptisat in persona cristi: ut dixit **J**ohānes  
baptista dicens de cristo. **Q**ui me misit baptisare il-  
le michi dixit: super quem uideris spiritum descen-  
dentem hic ē qui baptisat. **P**ersona autē cristi ē una.  
**Q**uare oportet q̄ ille qui baptisat, sit unus in quacū-  
q; forma baptiset. **A**lii autem doctores dicunt q̄ si  
baptisent in forma grecozum q̄ baptisatus, quia ut  
dicunt: licet ille qui baptisat baptisat in persona cris-  
ti: cuius persona ē una: baptiset tamen in nomine tri-  
nitatis in qua persone sunt plures. **Q**ue istarum opi-  
nionum sit uera nescio: sed meo iudicio papa ē con-  
sultendus super hoc: si autem baptisant in forma latino-  
zum dicunt cōmuniter quasi omnes doctores, q̄ non  
baptisant propter rationem supra factā de differenti-  
a de nos et uos, que ratio sancte thome de aquino in  
ultima parte summe assignatur talis ratio a magis-  
tro herueo, quia in sacramento maxime ueritatis nil  
debet esse falsitatis. **S**ed baptismus ē sacramentum  
maxime ueritatis: ergo in baptismo non debet esse  
aliquid falsitatis. **S**ed si isti uterentur forma latino-  
zum scilicet forma qua utitur romana ecclesia et sibi  
adherētes: eēt in baptismo talis falsitas, q̄ m̄cus

in dicendo baptisfo te. i. abluo te, in nomine etc. mens  
 tiretur qz ipse non baptisat. i. abluit. immo facit hoc  
 mutus quare baptisimus talis nullus. hanc at ratio  
 nem conatur quida solvere dicentes qz iste mutus no  
 diceret Ego baptisfo te sed diceret nos baptisamus  
 te et sic non dicerz falsum immo uerum qz ista oratio  
 nos baptisamus te uera e per sinodoche. Sicut si esse  
 duo scriptores qui scripsissent unum librum et qz u  
 nus scripsisset una medietatem. unus possz dicere ue  
 re nos scripsimus istum librum. ¶ Simil cum mutus  
 in tali baptisfo aspergat siue infundat aqua et ma  
 cus proferat uerba. uterqz pot dicere uere nos bapti  
 samus. hoc at nichil ualz qz ad hoc qz aliqz propositio  
 per sinodoche uerificetur de duobus. requiritur q  
 fecerunt actum eiusdem rōis qz si fecissent actus di  
 uersarum rationum una propositio non pot uerifica  
 ri de eis. sicut si unus rasisset pergamenu de quo essz  
 factus liber et alius scripsissz librum. ista propositio  
 nos scripsimus istum librum nullomodo possz uerifi  
 carī de eis quare cum infunderz aqua et proferre  
 uerba sint actus diuersarum rationum. nullo modo  
 possz uerificari de istis nos baptisamus etc. et hec suf  
 ficiant de ministro baptisfi

De recipientibus baptismum Ca. quintum

**B**aptisimum debent recipere omnes tā uiri q  
 mulieres qz sine baptisfo uel in re uel in uoto  
 ut dictū e supra: nullus pot saluari. ¶ aliter  
 e de adultis et aliter de paruulis qz in adultis quisuf  
 cipiūt baptisimū requiritur intentio propria suscipi  
 endi illud quod cofert eccia. in paruulo sufficit fides  
 et intentio eorum qui eum offerunt ad baptismum.



**T** Sed nunquid potest aliquis in ventre matris bap-  
 tificari / sicut si sit una mulier pregnans de viro et sit  
 in periculo mortis: nunquid in ventre eius debet  
 baptificari **Dicendum q̄ non.** cuius assignatur a doc-  
 toribus talis **rō** Quia ille qui suscipit baptismū de-  
 bet subici manibus ministroꝝ ecclesie / et aspergi  
 uel immergi in aqua. sed ista non possunt fieri circa  
 existentem in utero matris: quare existens in utero  
 matris non potest baptificari. **Sed ponatur q̄ aliqua**  
**T** pars pueri appareat extra: nunquid talis. puer si tūc  
 meatur de periculo: ita q̄ non potest expectari q̄ tot  
 taliter nascatur pōt baptificari. **Dicendū ē q̄ ista pars**  
 que apparet extra: aut est caput: aut aliqua alia pars  
 corporis. **Si illa pars que apparet ē caput.** tunc ca-  
 put debet aspergi aqua / dicendo baptizo te etce. et ē  
 uere baptizatus: et si nascatur postea non debet amplius  
 baptificari. **Et ratio ē:** quia caput ē p̄ncipalis  
 pars corporis. et in eo uigent omnes sensus corpo-  
 ris. **Si autem illa pars que apparet ē alia q̄ caput.**  
 tunc dicunt aliqui doctores: q̄ illa pars debet asper-  
 gi aqua et baptificari / et uere ē baptizatus: nec si nati-  
 catur non debet amplius baptificari. **Et rō ē** quia bap-  
 tismus fit propter animam non propter corpus: ani-  
 ma autem q̄tum ad essentiaz suam ē in qualibz par-  
 te corporis tota. et ideo quecunqz pars corporis sit  
 baptizata totum ē baptizatum. **Alii uero dicunt:** q̄ ta-  
 lis pars que apparet debet aspergi aqua et baptifi-  
 cari / sed si puer nascatur postea debet baptificari sub ista  
 forma: si tu es baptizatus ego non baptizo te: s; si nō  
 es baptizatus ego baptizo te in nomine patris etce  
**T** Quis istorū doctorū uerius et certius dicit nescio

credo q̄ istud ultimum ē securius. sed nunquid si ali-  
quis fuisset sanctificatus in utero materno. det bapti-  
sari. Dicendum q̄ sic non quidem propter culpam  
quam habet. sed ut scriberetur in numero fidelium in sus-  
ceptione characteris baptismalis. et ut impletet pre-  
ceptum cristi de susceptione baptismi. Sed nunquid  
filiū iudeorum parvuli sunt baptisandi inuitis pare-  
ribus. dicendum q̄ aliqui doctores sicut Johannes  
securus et dominus durādus episcopus amiciensis. et  
sui sequaces dicūt q̄ sic. dicunt enim q̄ principes et  
domini terrarū in quibus habitāt iudei. possunt eis  
auferre filios et eis inuitis eos facere baptisari. cuz  
iudei sint serui eorum. secundum leges. filii seruorū  
sunt res dominoz quozum sunt seruitiales. ita q̄  
domini possunt eos uendere et impiugnozare. Argu-  
unt ergo sic. maius ē aliquem posse obligare et tra-  
dere seruituti alicuius domini temporalis. q̄ serui-  
tuti dei. cui omnis homo de iure naturali tenetur ser-  
uire. s; domini terrarū in quibus habitāt iudei pos-  
sunt uendere filios iudeozum et tradere in seruos al-  
teri dño eis inuitis. ergo possunt eos eis inuitis trade-  
re seruituti cristi. quod fit per susceptione; baptismi.  
Alii uero doctores sicut s̄ctus thomas de Aquino  
et sui sequaces dicunt. q̄ filii iudeozum parvuli non  
sunt inuitis parentibus baptisandi. et hoc propter  
periculum quod poss; euenire. quia quando isti par-  
uuli inuitis parentibus essent baptisati. essent adul-  
ti. cum proles naturaliter sequatur patrem. ipsi for-  
te abnegarent baptismum et redirent ad iudaismuz.  
ueri etiā silē ē q̄ si iudeozū parvuli essent inuitis pa-  
rentibus baptisadi. cristiāissimi imperatores et reges

qui precesserunt et fuerunt tanti zelatores fidei. iudeorum  
filios fecissent baptisari; et etiam summi pontifices  
Inducerent reges et principes in quorum terris habi-  
tant iudei ad hoc faciendum. **Quis** istorum uerius di-  
**T**cat lectoris iudicio relinquo. **Sed** nunquid furiosi et  
amentes debent baptisari. **Dicendum** quod isti furiosi  
aut fuerunt furiosi a natiuitate; ita quod nunquam habue-  
runt rationis usum; aut amiserunt ipsum propter ali-  
quam causam. **Si** fuerint furiosi a natiuitate non sunt  
baptisandi. **Quia** ut dictum est in adulto qui debet bap-  
tisari requiritur fides et intentio suscipiendi illud  
quod confert ecclesia. **Sed** tales possunt habere fide-  
nem intentionem cum ponatur nunquam habuisse usum rationis  
ergo tales non possunt suscipere baptismum; si autem non fue-  
runt furiosi a natiuitate; sed habuerunt aliquoties luci-  
da interualla. et tunc. scilicet tempore quo habet lucida inter-  
ualla habuerunt fidem et deuotionem ad baptismum; et pe-  
tuerunt ipsum tunc debent baptisari quod sunt in furia; si  
autem in tempore quo habuerunt lucida interualla uel usum  
rationis non habent fidem nec deuotionem ad baptismum nec  
petebant ipsum non debent baptisari. **Et** ideo dico de demo-  
niaciis: quod si ante essent demoniaci habent fidem et de-  
uotionem ad baptismum; et petebant debent baptisari. **Si-**  
**m**ile iudicium est de frenetico; utrum autem aliquis dor-  
miens debeat baptisari. **Dicendum** quod si potest exercitari non  
debet baptisari in somno; sed si non potest exercitari tunc dis-  
tinguendum est; sicut supra; quod aut tempore uigilie habet  
deuotionem ad baptismum et petiuit ipsum; tunc debet  
baptisari aut non habet fidem nec deuotionem ad baptismum  
et tunc non debet dormiens baptisari; **sed** quid si sit u-  
**T**num monstrum quod habeat corpora coniuncta debet

baptisari ut una persona uel ut due. Dico q̄ cum bap-  
 tismus fiat propter animam non propter corpus: q̄  
 tumcunq; essent duo corpora si solum esset una ani-  
 ma debet baptisari ut una persona. Sed si essent due  
 anime debet baptisari ut due. Sed quomodo scietur  
 utrum sit una anima uel due. Dico q̄ si sunt duo cor-  
 da sunt due anime. si ē unum cor ē una anima: et ideo  
 si sint duo pectora et duo capita: super ē esse duas ani-  
 mas. si autem esset unum pectus et unum caput: q̄tū  
 cunq; alia membra essent duplicata: esset una anima.

De ritu baptisari

Ca. septimum

**B**aptismus fit duobus modis uno modo im-  
 mergendo in aqua. Aliomodo aspergendo a-  
 quam. Quis autem sit melius. Dicendum q̄  
 nisi timeatur de periculo. uel propter debilitatem  
 baptisantis: uel pueri: uel aliquid aliud: melius fit  
 immergendo q̄ aspergendo. Cuius ratio assignatur  
 quia baptismus significat sepulturam cristi. unde di-  
 cit apostolus. Consepulti estis cristo per baptismum  
 do. q̄ quando fit aspergendo. Sciendum autem q̄  
 unusquisq; debet seruare ritus ecclesie sue. nec debz  
 ipsum mutare. utrum autem requiratur trina immer-  
 sio uel aspersio uel sufficiat una. Dicendum q̄ sufficie  
 una: sed ceteris paribus melius fit per trinam. quia  
 baptismus datur nomine totius trinitatis: sed trini-  
 tas melius representatur per trinam mersionem uel  
 asperisionem q̄ per unam. Ita tamen q̄ uerba non fi-  
 niantur ante q̄ omnes tres sint complete. In hoc au-  
 tem q̄ fiat una uel trina quilibet debet seruare ritus  
 ecclesie sue. ut dictum ē supra de alio.

**E**ffectus baptismi est delere omnem culpam tam originalem quam actualem et conferre gratiam et aperire ianuam regni celestis. In quo differt a circumcissione quia licet ante passionem christi circumcissione deleteret culpam originalem et conferret gratiam tamen ianuam regni celestis aperire non poterat et ista est sententia beati qui dicit in omelia de circumcissione domini. Scire debet fraternitas vestra quod idem salutiferum curationis remedium olim circumcissio in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod nunc tempore reuelate gratie baptismus agere consuevit. Excepto quod ianuam regni celestis aperire non poterat.

**T**endunt quod baptismus aliter operatur ista in paruulis nichil requiritur a parte eorum. Sed in adultis requiritur a parte eorum quod non ponat obicem id est quod non habeat contrariam dispositionem scilicet quod non accedat sicte ad baptismum sed accedat cum debita deuotione non solum autem baptismus confert gratiam immo confert omnibus ipsum suscipientibus tam paruulis quam adultis qui non ponunt obicem omnes virtutes tam theologicas quam morales et si non quantum ad usum ad minus ad habitum. Et ista est sententia consilii generalis et in constitutionibus domini. Clementis quinti extra de summa trinitate et fide catholica capitulo fidei catholice. Est etiam alius effectus baptismi quod per ipsum contrahitur cognatio spiritualis que impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum. de hoc factum dicitur infra quando ageretur de matrimonio. Per baptismum etiam

66

imprimetur character ut dictum est supra. Et ideo bap-  
tismus non debet iterari, immo pena illius qui iter-  
ratur secundum leges est decapitatio. C. ne satum bap-  
tisma iteretur lib. 2o secundo. C. aones uero est quod non possit  
ad sacros ordines promoueri.

**De annexis baptismi**

**Ca octauum**

**B**aptismus quando fit cum debita solemnitate  
te precedunt cathecismus et exorcismus. Et est  
cathecismus id per quod instruitur baptisā-  
dus in fide, et merito fidei, unde a baptisando petit  
sacerdos. Quid petis ab ecclesia, et ipse est adultus  
respondet fidem. Si autem sit paruulus respondent  
patrini in persona eius. Et tunc sacerdos petit fides  
quid tibi prestabitur, ille respondet uitam eternam  
et tunc dicit sacerdos: hec est uita eterna etc. Et in isto  
cathecismo facit tria sacerdos. Primo mittit digitum  
in aures eius, et ponit de salua in ore eius, et signat  
baptisandus debet habere aures apertas ad audi-  
endum uerba dei et documenta fidei, positio saluae  
in ore signat quod debet esse promptus ad responden-  
dum et ad loquendum de fide, quia locutio fit medi-  
ante salua. Secundo facit ei crucem in fronte, et in  
pectore, et signat quod baptisandus debet habere et re-  
cipere fidem cristi in corde: quod signat crux facta  
in pectore et in ore, nec debet erubescere confiteri fi-  
dem cristi: quo signat crux facta in fronte, quia in frō-  
te statim apparet uerecundia: quia secundum quod dicit  
apostolus ad romanos. Corde creditur ad iustici-  
am, ore autem confessio fit ad salutem, tercio ponit  
ei de sale in ore: et signat quod iuxta doctrinam apostoli, sero

- ¶ eius debet eē sale diuine sapientie conditus Exorcismus idēz ē quod adiuratio, quia adiuratur demō ut recedat de anima baptisandi, et det locus spiritui sacro aduenienti, facit tria sacerdos baptisādo, qz p̄mo facit ei crucem cum pollice in fronte, et signat q̄ baptisādo consignatur ut templum siue habitaculum spiritus sancti. Secundo facit ei crucem de sputo ad aures et nares et ad os, et signat q̄ baptisandus debet habere aures cordis clausas: ne audiat suggestio diaboli, et debet habere os clausum ne loquatur uerba mala, et debet sic uiuere ut sit secundum doctrinā apostoli bonus odor cristi in uitā, uel istud signat q̄ talis debet emittere fumū deuote orōnis, per quā effugatur demonium, iuxta uerbum Raphaelis in thobia dicentis, fumus eius effugat omne genus demonuz. Et ista fiunt cū sputo, i. uirtute cristi, q̄ signatur per sputum, nam secundum q̄ dicit glo. super illud Jobānis lutum fecit ex sputo, sicut sputum mittitur ab interioribus cordis, ita filius dei gignitur ex substantia dei patris, tercio facit ei crucez ex oleo exorcisato in pectore et in scapulis et signat q̄ baptisādo debet esse fortis ad luctādum contra diabolum, et ad portādum onera penitentie, et ista fiunt mediāte oleo diuine gratie. Post baptismum autē sacerdos facit tria baptisato. Quia p̄mo inungit eum crismate, et signat unctionem gratie spiritus sancti, quā suscipit in baptismo. Secundo tradit ei uestem albā et signat innocentiam baptismalē, tercio tradit ei cereum accensuz et signat lumē fidei quod datur in baptismo. Scienduz at̄ q̄ ista non sunt de essētia baptismi, qz in istis potest dari baptismus

In casu necessitatis sed in tali casu si baptisatus su  
 peruixerit debet portari ad ecclesiam et ibi debz ca  
 thezariari et exorcisari propter ritum ecclesie con  
 seruandum non autem debet baptisari iterum si sit  
 certum qd sit recte baptisatus sed si non e certuz qd sit  
 recte baptisatus debet baptisari sub ista forma **S**  
 es baptisatus non te baptiso sed si no es baptisatus  
 ego te baptiso in no etc et hec sufficiat de baptismo  
 De confirmatione tractatus tercius

**Q**uia ad spiritualem generatione sequitur aug  
 mentum spirituale ideo post qd de spirituali  
 generatione que fit in baptismo dictum e res  
 tat dicens de spirituali augmento quod fit in con  
 firmatione circa quam consideranda sunt septē. **P**ri  
 mo quid e confirmatio **S**ecundo de materia **T**ercio  
 de eius forma **Q**uarto de ministro **Q**uinto de sus  
 cipientibus **S**exto de ritu eius **S**eptimo de eius ef  
 fectu

**Q**uid e confirmatio **Ca. I.**  
**C**onfirmatio pot sic notificari Confirmatio  
 e co significatio facta cu crismate in fronte bap  
 tisati ab episcopo cu certa forā uerborū ad au  
 dacter confitendum nomen cristi

**De materia cōfirmationis Ca. II.**  
**M**ateria sacramenti confirmationis ut potest  
 patere ex dicta diffinitione e crisma in quo qui  
 de crismate sūt duo. s. olium oliuarū et balsa  
 mus Et rō qre ista duo sūt materia huius sacramen  
 ti e institutio cristi qui instituit ista duo eē materia  
 huius sacramēti licz eniz nō inuēiatur in euāgelis  
 qd cristus istud instituerit tū beatus Petrus qui fuit  
 c i



nicatus cristi et pastor et rector uniuersalis ecclesie  
sic docuit et predicauit et promulgauit cristum in scri  
pturis licet ista promulgatio non inueniatur in cano  
nicis. i. in epistolis beati petri: tamen dominus pas  
pa habet in secretis ecclesie romane: et potest haberi  
et obseruatiua uniuersalis totius ecclesie. a tempore  
beati petri usq3 nunc: que quidem obseruatiua prece  
minet auctoritati cuiuscunq3: cum etiam uniuersalis  
ecclesia regatur a spiritu sancto. et errare non possit

**E**t si queratur quare euangeliste non posuerunt in eu  
uangelis materias et formas sacramentoru. **A**d hoc  
respōdet beatus Dionysius. li. de ecclesiastica hierar  
chia. di. q3 euangeliste noluerūt hoc facere: ne materie  
et forē scripōru uēirēt in derisionē infidelium. q3 secūdu  
q3 dicit saluator. margarite nō sūt ponēde ante porcos  
secus q̄ ē de baptisō q3 sine eo nullus pōt eē saluus

**E**t iō oportuit q3 forma et materia eius esset ōnibus  
nota: et idcirco euangeliste posuerunt eam expresse  
in euangelis. **A**ssignatur autem a doctoribus talis  
ratio. quare crisma ē propria materia huius sacra  
menti. q3 in crismate ut dictū ē sunt duo. s. oleū oliuā  
rū et balsamus: et proprietates iscorū maxime cōue  
niūt huic sacramento. quia oleum oliuarū ē nutritiue  
tū splendoris: et iō ponitur in tāpade: ut lūmē possit  
tibi durare: et idcirco oleum ē signum maioris notit  
cie luminis fidei: quā debet habere pre aliis cōfir  
tus q3 ipse tenetur expresse se obicere persecutoribus  
fidei. et cōfiteri fidem etiā absq3 hoc q3 requiratur  
ūde de cōfirmato dicitur in psal. In uēi dauid seruū  
meū in baptisū suscepti dē. oleo factō meo tūxi eū in  
cōfirmatione. māus mea auxiliabitur ei. in fidei par

secutione. Balsamus autem ratione fragrantie delig-  
 nat odorem bone fame et opinionis. que debet eē in  
 confirmato unde in ecclesiastico. Sicut cinamomus  
 et balsamum aromatizans odorem dedit. Arguitur doc-  
 tores sic illud ē propria materia sacramenti cōfir-  
 mationis: cuius proprietates maxime conveniūt effec-  
 tui sacramenti confirmationis. sed sic ē de proprie-  
 tatibus olei oliuarum et balsami. ergo ista sunt ma-  
 teria propria confirmationis. Sciendum autem qd is-  
 ta debent esse primo sanctificata siue benedicta ab  
 episcopo. anteq̄ sint propria materia istius sacramē-  
 ti. Et ratio assignatur a venerabili doctore sancto tho-  
 ma de aquino. in quarto. quia in illis sacramētis que  
 christus recepit in corpore suo non requiritur sanctifi-  
 ficatio materie eorum. quia ipse tactu sui sacratissī-  
 mi corporis sanctificauit ea. et ideo quia christus fu-  
 it baptisatus. non requiritur de necessitate sacramen-  
 ti qd aqua prius benedicatur. antequam sit materia  
 baptismi. quia ut dicit beda. christus tactu sue mūdifi-  
 catione uim regeneratiuam contulit aquis. et ita  
 quia christus suscepit sacramētū eucharistie in seipso.  
 nō requiritur qd panis et uinū prius benedicatur an-  
 teq̄ sint materia sacramenti eucharistie. Sed in illis  
 sacramētis que christus nō suscepit in seipso: requiritur  
 qd precedat materie sanctificatio. et ita qz christus  
 nō recepit sacramētū cōfirmationis in seipso. ita in cō-  
 firmatione requiritur materie cōsecratio. et idē ē de  
 scrō ordinis. et scrō extreme unctionis. Alia ratio as-  
signatur ab eodem doctore in ultima parte sume qz  
in illis sacramētis in quibus requiritur minister  
spālit̄ cōsecratus. requiritur materia spālit̄ cōsecrata

ut sic materia sacramenti conformiter se habeat ad  
ministrum sacramenti Sed in sacramento confirmati-  
onis requiritur minister specialiter consecratus uicq[ue]  
episcopus q[ui]re in serō confirmatiōis requiritur materia  
specialiter consecrata In alia materia nō pōt fieri hoc  
sacramētū De forma confirmationis Ca. iiii

Orma istius sacramenti sunt uerba q[ue] episco-  
pus dicit: quando facit crucem in fronte con-  
firmandi cum crismate que uerba sunt ista  
Consigno te signo crucis Confirmo te crismate salu-  
tis In no. p. etc. Et q[ui] ista forma sit conueniens forma  
huius sacramenti potest sic probari Illa forma ē cō-  
ueniens forma huius sacramenti: per quam et in qua  
exprimuntur ea que sunt necessaria ad sacramentum  
confirmatiōis Sed in ista forma exprimuntur ea que  
sunt necessaria ad sacramentum confirmationis: q[ui]a  
in confirmatione ē necessaria persona ministri confes-  
rens sacramētū Et ista exprimitur cum dicitur Co-  
signo et confirmo Et ē ibi etiam necessaria persona  
suscipiens sacramentum: que exprimitur cum dicitur  
cōfirmo te Et ē ibi necessaria materia sacramenti: que  
exprimitur cum dicitur crismate Et ē ibi necessaria  
uirtus dei conferens efficaciam serō: que exprimitur  
cū dicitur in no. p. etc. Effectus aut sacramenti exprimitur  
in ista forma sed istud uidebitur infra quando  
agetur de effectū istius sacramenti. quare manifestū  
ē q[ui] ista forā ē cōuenientior forma huius sacramenti

De ministro confirmationis Ca. iiii

Minister huius sacramenti ut hētur extra de cō-  
sue. ca. q[ui]torē solus episcopus Cuius rō affig-  
natur a doctoribus talis Sicut ē in politica

19

corporali bene ordinata ita suo modo debet esse in po-  
litiā spirituali. s; sic ē in politia corporali bene ordi-  
nata q̄ promouere alquem ad statum et gradum ex-  
cellentie super alios pertinet ad illuz qui habet curā  
cōitatis. s; ad pzincipes; quare cū cōfirmatus per sa-  
cramentum cōfirmationis ponatur in statum excellē-  
tie super alios; qz confirmatus efficitur miles crisi-  
tici Ideo conferre sacramentū confirmationis pertinet  
ad episcopū qui hēt curā totius cōitatis in sua dīo-  
cesi S; utruz in casu necessitatis alius q̄ episcopus  
poss; cōfirmare Dicendū q̄ in materia istius cōtra-  
riantur doctores Dicūt enim aliqui q̄ papa poss; cō-  
mittere cuiqz infideli; q̄ ministret sacramentum cō-  
firmationis Et assignāt talem rationem Ille qui te-  
net locum crisi in terris et habet plenitudinem pot-  
estatis in ecciā pōt dispensare in sacramētis et in o-  
nibus illis que nō fuerūt instituta a cristo S; nō le-  
gitur in toto canone noui testamēti q̄ cristus instituit  
it sacramētū cōfirmatiōis dari a solis ipsis ergo pa-  
pa qui hēt plenitudinem potestatis in ecciā et tenet  
locum crisi in terris pōt ordinare q̄ sacramētū cō-  
firmatiōis ab alio q̄ episcopo cōferatur Alii at̄ doc-  
tores dicūt cōtrariū Dicūt enī q̄ papa nō possit cō-  
mittere alicui; nisi eēt episcopus q̄ cōferret sacramē-  
tū cōfirmationis Et assignāt talem rationem Qz in  
illis que sunt de necessitate sacramēti non potest per  
papā aliquid immutari S; episcopus de necessitas-  
te sacramenti ē minister sacramenti confirmationis  
Et ideo non potest per alquem fieri q̄ alius q̄ epis-  
copus conferat istud sacramentum: maior istius ras-  
ionis conceditur ab omnibus; winozem probāt sic

Quia sicut de necessitate sacramenti est quod materia sit  
sacratificata: nec aliquis posset istud mutare Ita de ne-  
cessitate sacramenti est quod eius minister sit sanctificatus.  
que sanctificatio fit in episcopali consecratione  
quare solus episcopus de necessitate sacramenti est mi-  
nister huius sacramenti Alii autem doctores tenent  
uiam mediam et dicunt quod dominus papa non potest  
committere cuiuscumque fideli indifferenter quod conferat  
sacramentum confirmationis sed omni sacerdoti po-  
test committere Et rationem primi dicti assignant  
quia nulli potest committi quod habeat potestatem su-  
per corpus christi mysticum: ad minus quo ad dispensa-  
tionem sacramentorum: nisi habeat potestatem super  
corpus christi uerum. quia potestas super corpus christi  
mysticum descendit a potestate super corpus christi  
uerum sed solus sacerdos habet potestatem super cor-  
pus christi uerum et ideo soli sacerdoti potest committi  
quod habeat potestatem super corpus christi mysticum et  
hoc in dispensando sacra. sed ministrando sacramentum  
confirmationis habetur potestas super corpus christi mis-  
ticum quare soli sacerdoti potest committi quod sit minister  
sacramenti confirmationis Rationem secundam dictam assignat  
ex quodam decreto in quo legitur quod gregorius papa con-  
misit quibusdam sacerdotibus Anglie quod uigeret bap-  
tismus in fronte cum crismate sed in tali unctione confer-  
tur sacramentum confirmationis quare patet quod sacer-  
dotibus potest committi a papa quod conferant huiusmo-  
di sacramentum Et istud ultimum reputo uerius  
De recipientibus confirmationem Ca. quintus  
Sacramentum confirmationis debet recipere om-  
nes baptisati tam uiri quam mulieres: quod secus est

de militia seculari et de militia spūali: qz militiā se-  
 cularē nō debēt recipere mulieres s3 soli uiri qz mu-  
 lieres non sūt apte ad pugnādū corporaliter. militi-  
 am at spūalē pūt recipere indifferēter oēs tā uiri q̄  
 mulieres qz sūt apti pugnare spūaliter cōtra persecu-  
 tores fidei S3 militia spūalis datur in sacro confir-  
 mationis possūt recipere tā uiri q̄ mulieres Et hoc  
 ē q̄ dicit apostolus In cristo ihesu neqz masculus ne-  
 qz femina uult dicere quod quo ad cristum nō ē drā  
 de masculo et femina S3 nūquid pueri sūt cōfirmā-  
 di Dicēdū q̄ sic: statiz ut recipiūt habere usū rōnis  
 qz tūc sūt apti ad confitēdū fidē cristi et in scrō datur  
 spūscūs ad robur: ut fides cristi audacter cōfiteatur  
 s3 nunq̄ sine pctō pōt aliquis ommittere: ne uq̄ reci-  
 piat sacramentum confirmationis Dicēdū q̄ sine is-  
 to sacramento potest saluus esse: qz multi non cou-  
 firmati saluantur Sed si occurrat oportunitas susci-  
 piendi istud sacramentum: quilibet ipsum debz sus-  
 cipere. etsi sine rationabili cā omittat ipsū suscipere  
 peccat mortaliter nisi suscipiat ipsum Et huius rō-  
 ē ista quia quilibet q̄ptū in se ē dz se disponere ad sus-  
 cipiendū gratiā uel eius augmentū: si sit capax eius  
 per quod confertur grā uel eius augmentū. s3 in sa-  
 cramento cōfirmationis si digne suscipiatur cōfertur  
 grā uel augetur. ergo quilibet habita oportunitate  
 debēt recipere istud sacramētū Et ideo sacerdotes ha-  
 bētes curā aiārū debēt admonere parochianos suos  
 ut quando episcopus presēs erit in sua parochia sus-  
 cipiāt istud scrūm De ritu cōfirmatiōis Ca sep-  
 timum sacramenti ē quando aliq̄s confirmatur  
 inūgitur per modū crucis ab epō in frōte cū

crismate sub forma uerborum supra posita. Confis-  
no te etcete. Et istertitus ē conueniēs. Cuius rō ē qz  
in ritu sacramēti dēt significari uirtus et effectus sa-  
cramēti. mō effectus istius sacramēti ē qz per ipsū  
datur spūs sctus ad audacter cōfiteđū fidem cristi.  
Et per ipsū cōfirmatus efficitur pugil cristi. Et ista  
signantur in ritu istius sacramēti. nā per unctionē sig-  
nificetur qz cōfirmatus in cōfirmatiōe efficitur pu-  
gil cristi: nā ātiquitus pugiles inungebātur. Per alia  
signatur. qz cōfirmatus dēt audacter confiteri fidem  
cristi. nā a confessione fidei possz aliquis impediri  
propter duo scz propter uerecūdiā: uel propter timo-  
rē. Contra primū fit confirmatio crux cū crismate in  
fronte: ut non erubescat confiteri fidē cristi: qz in frō-  
te primo apparet uerecūdiā qz quādo hō uerecūda  
tur frons incipit rubescere. Ideo contra ruborē uere-  
cūdiē inūgitur frons. Sz contra timorē etiā fit crux  
in fronte qz quādo hō timet incipit frons et tota fa-  
cies pallefcere. Et ideo contra timorē confirmatus  
munitur signo crucis. Alpha āt que datur confirma-  
tio non ē de necessitate sacramēti: sz solū propter me-  
moriam. De effectu confirmationis. Ca septimū  
ffectus huius sacramēti: ē qz ut dictū ē supra  
in eo spūs scūs datur ad robur ad audacter cō-  
fiteđū fidē cristi. ātque nisi sit ober. i. impedi-  
mētū ex parte suscipiētis in isto sacro datur noua grā  
uel ātiqua augetur. Est etiā alius effectus istius  
sacramēti: qz per ipsū si digne suscipiatur pctā obli-  
ta et mortalia et uenialia dimittūtur. Per istud sacra-  
mētū imprimitur character ut dictum ē supra. iō. ist-  
tud sacramētū nō pōt nec dēt suscipi. immo qui sciē

ter bis susciperet meretur secundū leges decapitari  
 ut dictum ē supra de baptismo. nota autem q̄ carac  
 ter confirmationis presupponit caracterem baptis  
 mi quia nullus potest suscipere istud sacramētū nisi  
 si fuerit baptisatus Per istud etiam sacramentum cō  
 trahitur cognatio spiritalis sicut per baptismū qui  
 impedit matrimonium De hoc tamen dicetur infra  
 quando agetur de matrimonio Et hec de sacramen  
 to confirmationis sufficiant

Quartus tractatus prime partis de scrō eucharistie  
 Ostēdictus ē de generatione spiritali q̄ fit  
 in baptismo: et augmento spiritali: quod fit  
 in confirmatione dicendum ē de spiritali nu  
 trimēto quod datur in sacramēto eucharistie Circa  
 quod considerata sunt. xi. Primo quid sit eucharis  
 tia Secundo de ministro misse quis et qualis debet  
 esse tercio de materia sacramenti misse: qualis debz  
 esse Quarto de forma Quinto de loco in quo debet ce  
 lebrari missa Sexto de tempore quo debet celebrari  
 Octavo de uestibus quibus debent indui sacerdotes  
 in missa nono cui debet dari sacrificium misse Deci  
 mo de ritu misse. undecimo de defectibus qui possūt  
 occurrere in missa

Quid ē eucharistia

Ca. i.

uucharistia sic potest notificari. Eucharistia  
 ē sacramentum corporis et sanguinis cristi  
 contentorum sub speciebus panis et uini uir  
 tute uerborum a sacerdote prolatorum Et dicitur ab  
 eu quod ē bonum et charis gratia: quia in eo contine  
 tur ille qui ē fōs grē scz cristus de cuius plenitudine  
 oēs accepimus grāz pro grā: ut dicitur. Johānis. i.



Minister sacramenti eucharistie: et minister q̄  
 p̄t et debet celebrare missam ē sacerdos rite  
 et legitime ordiatus sine mortali peccato  
 existens: et cui non ē prohibitum celebrare missā. Si  
 co qui p̄t et debet quia multi possunt qui non debēt  
 celebrare missas. sicut sacerdotes heretici: uel degra  
 dati non debēt celebrare: tamē possunt celebrare quo  
 niam si celebrent ueraciter conficiunt corpus cristi  
 peccant tamen mortaliter in dicendo missam. Et non  
 solum ipse celebrans: immo qui audiunt missam eo  
 rum si sint notorie tales: et audientes sciant. Dico ri  
 te et legitime ordiatus in sacerdotem p̄t celebra  
 re missam. Sciendum tamen ē aliquem non rite et le  
 gitime ordiatus: p̄t esse duobus modis. uno mo  
 do q̄ in ordinatione sua omittatur aliquid quod sit de  
 essentia ordinis: sicut q̄ non ordiatur ab episcopo  
 uel quod quando ordiatur non inungatur ei na  
 nus. uel q̄ non tradatur sibi calix: uel q̄ ordinās non  
 dicat uerba debita et statuta. uel non habeat intētio  
 nē ordinādi. et talis nullo modo dēt celebrare: qz ta  
 lis non ē sacerdos. Alio mō q̄ in ordinatione sua ser  
 uatis omnibus q̄ sūt de essentia ordinis. omittatur a  
 liq̄deorū que sūt de solēnitate ordinis: et talis bene po  
 test celebrare: tamen credo q̄ non debeat potissime  
 si ex negligentia fuerit aliquid tale omisum. Quid  
 sit de essentia ordinis siue ordinatiōis: et quid sit de  
 solēnitate determinare non ē presentis speculationis  
 qz istud scire magis spectat ad episcopū q̄ ad simpli  
 cē sacerdotē: dico etiā sine peccato mortali existēs  
 dēt celebrare missam. notandum tamen q̄ aliquem

esse in peccato mortali: pōt duobus mōis eē uno mō  
 q̄ sit in peccato mortali notorio Alio modo q̄ sit in  
 peccato mortali occulto Si primo modo q̄ sit noto-  
 rie hereticus: uel scismaticus. uel excommunicatus:  
 uel simoniacus uel fornicarius: non solum ipse peccat  
 in celebrando ut dictum ē: immo omnes qui audi-  
 unt missam eius Et ratio ē quia ista quatuor crimina  
 maxime repugnant huic sacramento: uam in hoc  
 sacramento ē secretum fidei: ideo repelluntur hereti-  
 ci. uinculum caritatis: ideo repelluntur scismatici: et  
 excommunicati Et ē etiam uas gratie: unde uoca-  
 tur eucharistia: ideo repelluntur simoniaci: qui gra-  
 tiam emunt et uendunt Est etiam eleuans homines  
 ad statum spiritualem. ideo repelluntur notorii for-  
 nicarii: qui omnino sunt carnales Et dicuntur noto-  
 ri fornicarii: non propter susceptionem uel aliqua si-  
 gna probabilia: s; qui sunt secundum ordinem iuris  
 condemnati de tali crimine: uel sponte in iudicio con-  
 fessi: uel in canonice conuicti: uel propter euidentias  
 facti Et uoco euidentiam facti: quādo factū ē ita no-  
 toriuū q̄ non indigez testibus: cū nulla possit tergi uer-  
 satione celari Si in peccato occulto: tunc sciendū q̄  
 aliquē esse in peccato mortali occulto potest eē tribus  
 modis: unomodo quia iam committit actu: uel scit se  
 commississe tempore preterito aliquod peccatum mor-  
 tale de quo non dolet nec penitet nec conteritur. et ta-  
 lis sic celebrans: non solum peccat mortaliter: im-  
 mo mortalissime: et de tali dicit apostolus q̄ qui mā-  
 nducat et bibit indigne: iudiciuz scilicet iudiciū mor-  
 tis eterne sibi manducat et bibit Alio modo potest  
 eē in peccato mortali. quia scilicet commisit aliquod

peccatum mortale quod non fuit confessus: tamen non  
redolet de illo peccato. et tunc talis diligenter exami-  
nat conscientiam suam antequam poneret se ad cele-  
brationem et nullomodo potuit recordari de illo pec-  
cato: et est in proposito quod si recordaretur confiteretur  
illud peccatum et faceret penitentiam de ipso. et in  
generalis conterit de omnibus peccatis oblitus. et iste  
non solum non peccat in celebrando: immo uirtute sa-  
cramenti misse meretur ueniam et absolutionem. et  
absoluitur de illo peccato. et ita intelligitur illud uer-  
bum eximii doctoris Augustini quod sacramentum ius-  
titudinis uiuificat mortuos id est illos qui hoc modo exis-  
tentes in peccato mortali celebrant: tamen si postea  
recordetur de illo peccato tenetur ipsum confiteri. Et  
ideo quilibet tenetur antequam ponat se ad celebra-  
ndum diligenter examinare conscientiam suam si sit  
in peccato mortali uel non. Et ita precipit beatus Pa-  
ulus dicens. probet id est examinet seipsum homo: et  
sic de pane illo edat et de calice bibat. Si autem ali-  
quis existens in peccato mortali de quo non recorda-  
tur: exponat se ad celebrandum antequam examinauerit  
aliquo modo conscientiam suam credo quod peccat quia  
est transgressor precepti apostoli iam dicti scilicet pro-  
bet seipsum homo etc. tercius aliquis potest esse in pec-  
cato mortali scilicet quia recordatur se determinate a-  
liquod peccatum mortale commississe. et tunc iste habet  
in presentia copiam confessoris aut non habet. si habet copiam con-  
fessoris tenetur antequam celebret confiteri. et nisi confiteatur  
peccat mortaliter. nec sufficit confessio generalis que  
fit in principio misse. quia illa confessio extendit se so-  
lum ad peccata uenialia. et non ad peccata mortalia.

et maxime ad illa de quibus homo nō recordatur. Si  
 autem talis non habeat copiam confessoris aut inue  
 niat sibi necessitas celebrandi. puta quia ē curatus  
 et ē dies dominica: uel aliqua dies solemnis: et por  
 pulus sibi commissus uult audire missam: et erit scā  
 dalū in populo si iste non celebret: uel forsitā aliquis  
 parochianus suus est infirmus periculosus: et requi  
 rit istum ut det sibi corpus cristi: et iste non habz ho  
 stiam consecratam: quam det sibi uel imminet sibi a  
 liqua necessitas legitima celebrandi sicut sunt nup  
 tie uel aliquid tale. In istis casibus iste tenetur confi  
 teri et penitere de peccato suotet esse in proposito ip  
 sum confitendi: quando habuerit oportunitatem et  
 dicat missam suam in nomine domini: quia crisis  
 qui ē summus sacerdos absoluet eum et confiteatur  
 postea quando habz copiam confessoris. Si autem is  
 te qui sicut dictum ē existit in peccato mortali non  
 imminet necessitas aliqua legitima celebrandi: nul  
 lo modo ponet se ad celebrandum: quia absz dubio si  
 celebraret mortalissime peccaret. Sed ponet aliquis  
 sacerdos accepit pecuniam ab aliquo. ut dicat missā  
 nunquid talis sacerdos habet necessitatez legitimā  
 celebrandi: et ita q̄ possit celebrare existens in pecca  
 to mortalit: absz hoc q̄ confiteatur: quando non ha  
 beat copiam confessoris. Dico saluo meliori iudicio  
 quantum michi uidetur q̄ nullus sacerdos debz pro  
 dicendo missam accipere pecuniā. ita q̄ sit intentio  
 sua q̄ missam equiparet precio pecunie. tamen se  
 cundum q̄ dicit apostolus Si spiritalia uobis ser  
 uimus: non ē mirum si temporalia uestra meta  
 mus: non ē prohibitum quin sacerdos pro sustentatōe

tionem vite sue: non pro precio missæ recipiat pecuniã  
ab eo pro quo dicit missã. et mariẽ quãdo sacerdos  
non habet sufficientes redditus pro sustentatione vi-  
te Sed nunquid talis receptio pecunie ẽ necessitas  
legittima celebrandi: excusans istum ut dicat missã  
in peccato mortali: absq; hoc q̄ confiteatur si non  
habet copiam confessoris Dico saluo meliori iudicio  
Aut iste sacerdos ẽ obligatus ratione beneficii  
sibi collati per superiorem uel per illum qui habet  
ius patronatus in illo beneficio ad dicendum qualis  
bet die missam: sicut illi qui habent vicarias perpe-  
tuas in aliqua ecclesia Et de tali idem uidetur di-  
cendum sicut supra dixi de curato cui necessitas cele-  
brandi imminet. s. q̄ conteratur et peniteat de pctõ  
suo et sit in proposito cõfiteandi: et celebret in noĩe do-  
mini et cõfiteatur postea Aut iste sacerdos recipit pe-  
cuniã pro dicenda missa singulari. sicut sũt multi qui  
recipiunt pecuniã pro missis rogatis: sicut pro una  
missa uel pro pluribus. pro defunctis. uel de spũ sacro  
uel de beata uirgine. uel de corpore cristi. uel pro in-  
firmis et sic de aliis Et de isto dico q̄ nullomõ ipse  
existens in peccato mortali ante q̄ confiteatur debet  
exponere se ad dicendum missam: quia peccaret mor-  
taliter in dicendo. nec existens in tali statu debet re-  
cipere pecuniã pro dicenda missa statim. immo de-  
bet se excusare dicendo: amice ego non sum bene dis-  
positus pro nunc ad dicendum missam: sed quando  
deus uult q̄ ego ero bene dispositus libenter faciam  
quod petis interim parcas michi Et si alius infran-  
ter petat q̄ statim dicat missam. si presbiter etiam  
recepit pecuniã restituat eam statim Et nullomõ

do exponat se ad celebrandū Dixi etā supra de scribendo quis et q̄lis debet esse minister missæ: cui non ē prohibitū celebrare. quod dixi propter aliquos religioſos: quibus secundum statū religionis inbibetur q̄ non celebrent q̄d̄i sunt in aliquibus penitentis pro quibusdā peccatis preteritis Sed nunquid angelus p̄t eē minister sacramenti istius. i. nūquid angelus p̄t cōsecrare Dicendū q̄ nō cuius rō ē q̄ character sacerdotalis presupponit characterē baptismalem. ūde nullus p̄t ordinari in sacerdotē nisi sit baptisatus Arguūt ergo doctores sic. nullus p̄t accipere characterē sacerdotale nisi sit baptisatus Sed angelus nō p̄t baptisari: q̄ ille qui baptisatur oportet q̄ aspergatur aq̄. angelus at non potest aspergi aq̄ cum non sit res corporea ergo nec potest in sacerdotē ordinari Et si dicatur q̄ licet angelus non sit res corporea et sic poterit in illo baptisari. sicut āima rationalis nō ē res corporea: et tamē baptisatur in corpore dicendum q̄ non ē simile: quia aliter unitur āima corpori ut possit aliter angelus quia unitur āima corpori ut forma materie: angelus autem non unitur sic: sed solum ut motor mobilis. et ideo āima baptisato corpore baptisatur non autem angelus: quia āima et corpus faciunt unum suppositum non sic angelus cum corpore questum assumit Et ideo secundum philosophum in probemio methaphis: Actiones sūt suppositorum. āima baptisato corpore baptisatur. non autem angelus: et sic per consequens āima p̄t suscipere characterem sacerdotalem non autē angelus q̄ angelus consecrare non potest Sed quid si angelus presentaret unam hostiam dicendo eam esse:

consecratam: nunquid illa hostia debet adorari? Dicendum quod si angelus malus presentaret eam non esset adoranda: nisi constaret pro certo quod esset rite consecrata. Et si angelus bonus presentaret eam esset adoranda. Et ratio est: quia angelus malus teste saluatore mendax est et pater mendacium et semper nititur decipere homines: quare nunquam debet sibi credi. Angelus autem bonus semper uerax et ueritatis alumnus et semper nititur ad hominum saluationem. et ideo semper sibi debet credi. uerum quia ut dicit apostolus Angelus malus transfiguratur se in angelum lucis semper hostia ab angelo presentata est adoranda sub conditione scilicet si est rite consecrata: nisi constaret pro certo quod esset angelus bonus.

#### Capitulum de materia eucharistie

Materia sacramenti misse est duplex: scilicet panis et uinum. Et ratio quare ista duo sunt materia huius sacramenti est. Quia istud sacramentum ordinatur ad spiritualem nutritionem. nunc autem sicut nutritio corporalis consistit in potu et cibo corporali: et panis habet maxime rationem cibi. et uinum habet rationem potus. Ita nutritio spiritualis consistit in cibo et potu spiritualibus. Et ideo in isto sacramento datur corpus christi sub specie panis in cinere et sanguis christi sub specie uini in potu. Et sic dicit ipsemet christus Jo. sexto Caro mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus sciendum autem quod panis qui est materia huius sacramenti est panis de tritico et aqua elementari confectus. dico panis quia in pasto non potest confici corpus christi. dico etiam de tritico: quia in alio pane sicut in pane de siligine uel de

ordeo uel de quocunq; alio grano nisi solū de tritico  
 non posset celebrari missa Dico etiam aqua elementis  
 tari confectus. quia posito casu q̄ panis esset de tri-  
 tico si esset confectus cum alia aqua uel cum alio a-  
 liquo liquore. sicut cum uino uel cum lacte uel cum  
 aqua rosacea. et sic de aliis. et uniuersaliter nisi esset  
 confectus cum aqua simpliciter tali pane non possit  
 confici corpus cristi Sciendum etiam q̄ ex precepto  
 et usu romane ecclesie: que disponēte domino om-  
 nium ecclesiarum mater ē et magistra. et ideo omnes  
 ecclesie sibi tamq̄ matri et magistre debēt in omni-  
 bus obedire: panis de quo conficitur corpus cristi de-  
 bet esse azimus nō fermentatus Et tō qui celebraret  
 in pane fermentato mortaliter peccaret: et grauius es-  
 set puniendus. notādū etiā q̄ uinū quod ē materia hu-  
 ius sacramenti debz esse uinū de uite. qz in alio uino  
 malozū granatorū uel morozū uel pomozū uel in quo-  
 cūq; alio uino: nisi in uino de uite non pōt celebrari  
 notādū etiam q̄ in aceto uel in agresta nō pōt cō-  
 secrari Et intelligo de aceto quod ē omnino acetū qz  
 in uino aliquātū acetoso possz bene cōsecrari. licet  
 nō deberet qui posset habere aliud uinum Et rō ē qz  
 nō sunt eiusdem speciei cum uino: cum habeant cō-  
 trarias uirtutes In musto etiam posset cōsecrari ta-  
 men credo q̄ melius erit q̄ expectetur q̄ sit bene de-  
 fecatum: cum mustum rōe sue limositatis uix posset  
 euelli: quin aliquā deo remaneat in uase Rō qnare  
 ista duo scz panis de tritico et uinum de uite: sūt ma-  
 gis materia istius sacramēti q̄ aliq̄ alia duo ē ista  
 potissima: qz christus instituit istud sacramētū ista ma-  
 teria celebrari Si enim in alia materia instituisset



illa materia esset propria materia istius sacramenti  
Sed magis congruenter christus in illa materia in-  
stituit istud sacramentum celebrari quod in alia. quia et  
factus corporalis panis et vini maxime spiritualiter  
ter conueniunt huic sacramento Panis enim habet  
corporaliter confortare Iuxta illud psal. Panis cor  
hominis confirmat uinum letificat cor hominis Et  
istud sacramentum digne sumentem spiritualiter con-  
fortat ne in uia huius mundi deficiat Ideo uocatur  
uaticum. id est. uitatores confortans et letificans  
Et ideo uocatur eucharistia ab eu quod est bonum et  
charis quod est gratia: quasi bona gratia que sumentem  
letificat Sicut enim panis ex multis granis con-  
ficitur et uinum ex multis racemis confluit. sic in per-  
ceptione corporis et sanguinis christi fideles ad inuicem  
spiritualiter ununtur Ideo uocatur communio  
a con quod est simul et unio. propter quod christus con-  
parauit se grano frumenti dicens Jo. x. sexto nisi gra-  
num frumenti cadens in terram moritur. etc. Compara-  
uit se etiam uiti dicens Ego sum uitis uera et in  
congrue sacramentum corporis et sanguinis christi in ui-  
no de uite et in pane de tritico celebratur Preterea  
etiam oportet aqua non sit de essentia materie istius sa-  
cramenti: tamen debet admisceri uino in calice: sed  
in modica quantitate: quia aqua significat populum Iuxta  
illud Iheremie Aque multe populi multi Iam mixtio  
aque cum uino significat unionem spiritualem christi  
et populi que fit uirtute istius sacramenti Sed nun-  
quid sacerdos posset in quacumque quantitate de ista ma-  
teria consecrare Dicunt aliqui doctores quod non sed  
solum quantum sufficeret sibi et populo sibi commisso

Quorum ratio ē quia cum istud sacramentum ordi-  
 netur ad usum fidelium sacerdos non pōt consecra-  
 re nisi q̄tum sufficit ad usum fidelium. Alii doctor-  
 res dicunt q̄ non ē determinata q̄ritas ultra quam  
 sacerdos non posset consecrare. cum enim in forma  
 consecrationis ponatur istud pronomen demonstra-  
 tiuum hoc: oportet q̄ materia consecranda obiciā-  
 tur oculis sacerdotis. unde dicunt q̄ sacerdos exis-  
 tens in altari uon posset consecrare totum panem qui  
 ē in platea: uel totum uinum quod ē in cellario: sed  
 totum panem et totum uinum. quod offertur in q̄ta  
 cunq̄ q̄ritate esset posset consecrare. Et ratio ē quia  
 si prima opinio esset uera: sequeretur q̄ sacerdos ex-  
 istens in deserto nō posset hostias tot cōsecrare quot  
 posset existens in una magna ciuitate. nec etiam sa-  
 cerdos simplex posset consecrare tot quot curatus. q̄  
 omnia sunt absq̄ ratione dicta. Et respōdent ad ra-  
 tionem aliorum: et dicunt q̄ differentia ē inter istud  
 sacramentum et alia sacramenta: nam essentia sacra-  
 mentorum aliorum consistit in dispensatione et us-  
 u in materie: sicut essentia baptismi consistit in aspersi-  
 one aque et prolatione uerborum. et ita de aliis sa-  
 cramentis. sed de essentia sacramenti eucharistie cō-  
 sistit in consecratione materie et non usu eius: quia  
 posito casu q̄ nunq̄ hostia consecrata sumeretur ad  
 huc uerum esset sacramentum. Et ideo licet sacerdos  
 non debeat consecrare nisi tot hostias quot sibi et po-  
 pulo suo sunt necessarie: tū si cōsecraret mille milia  
 oēs essent consecrate. Solet et ab aliq̄bus circa istā  
 materiā talis q̄stio moueri si cēntib; xlii hostie cōse-  
 crāde et nō credēz eē nisi. xlii utrū oēs eēnt cōsecrate

Ad hoc respondet dominus berengarius archiepiscopus  
copus cōpostellanus magister in theologia: in quo  
dam quolibeto suo: et dicit. q̄ aut iste sacerdos intē  
dit consecrare omnes hostias que sunt ante se quot  
quot sint tamen credit q̄ non sint nisi x̄i: et tunc dicit  
q̄ omnes sunt consecrate. Aut intendit presise cō  
secrare: x̄i et non plures et non determinat que sunt  
ille x̄i: et tunc dicit q̄ nulla ē consecrata. quia: cū que  
libet sit consecrabilis ita una sicut alia. et sacerdos  
non determinet se magis ad istam q̄ ad aliam: qua  
ratione tu diceres q̄ ista non esset cōsecrata. eadem  
rōe ego dicam q̄ nec illa: et sic poterit dici de qualis  
bet: quare neutra erit cōsecrata. unde quando sacera  
dos habet cōsecrare plures hostias: non debet se de  
terminare ad certum numerum. s; debet habere intē  
tionem ut consecret quidquid ē ante se. et ista suffici  
ant de materia eucharistie De forā eucharistie c. iiii  
mnū scrōrum forme cōsistunt in certis uer  
bis et determinatis Et iō forma sacramenti  
eucharistie in aliquibus uerbis limitatis cō  
sistit Ad sciendū at̄ in quibus uerbis cōsistit forā is  
tius sacramēti Sciendū q̄ in missa sunt quedā uer  
ba que sunt de solēnitate tātū. et quedā que sūt de ne  
cessitate tātū. uerba que sūt de solēnitate sunt illa que  
solū faciūt adornatū: et ad quedā decorē misse: sicut  
sunt prose et aliqui uersus qui dicentur infra: gloria  
in excelsis deo: et infra scūs: et infra: agnus dei Et  
ista nil faciunt ad essentiā misse: immo credo q̄ quā  
do deberet fieri sermo dēret dīmitti totaliter uel ad  
minus abbreviari. quia proficit plus sermo q̄ talia  
carmīna. cū ista mulceāt aures corporis: sermo me

27

deatur languores cordis. uerba que sunt de necessi-  
tate sunt illa: que directe sunt de officio misse. Scien-  
tum autem quod duplex est necessitas quia quedam est ne-  
cessitas precepti. et quedam est necessitas sacramenti.  
In missa ergo quedam uerba sunt de necessitate sacra-  
menti. et quedam de necessitate precepti. De neces-  
sitate precepti sunt illa uerba que a beato Petro aposto-  
lo et a summis pontificibus successoribus suis fue-  
runt instituta dici in missa. De necessitate uero sacra-  
menti sunt illa que Christus in cena protulit quando sacra-  
mentum illud instituit. Et est differentia inter ista uer-  
ba quia si quis dimitteret illa uerba: que sunt tantum  
de necessitate precepti. et diceret illa que sunt de ne-  
cessitate sacramenti: et haberet intentionem consecran-  
di: consecraret uere. tamen mortalissime peccaret: et esse  
grauissime puniretur. Sed si diceret omnia ista uerba que  
sunt de necessitate precepti: et dimitteret illa que sunt de  
necessitate sacramenti: quicumque intenderet consecrari. et  
loquendo tamen consecraret. Cum ergo secundum philo-  
sophum sit que dat esse rei et sine qua res esse non potest manifestus  
est quod illa sola uerba que sunt de necessitate sacramenti  
sunt forma huius sacramenti. Ista autem uerba quantum ad  
formam consecrationis corporis sunt hec: hoc est corpus  
meum. Sciendum autem quod enim non est de necessitate sacra-  
menti. quia posito quod aliquis sacerdos cum inten-  
tione consecrandi proferret ista uerba: hoc est corpus  
meum. et non diceret enim: uere consecraret: utrum autem  
oporteat quod precedat aliqua uerba que sunt de integri-  
tate forme: notandum quod magister Johannes Scotus in  
sermone suo dicit: quod omnia uerba ab isto loco: qui pridie etc.  
inclusiue usque ad illum locum: simili modo etc. exclusiue

sunt omnia necessaria ad formam consecrationis cor-  
poris christi Et ratio sua est: quia sacerdos consecrans  
profert uerba consecrationis in persona christi oportet  
ergo quod uerba consecrationis precedant uerba per  
que demonstratur quod sacerdos loquatur in persona  
christi Illa autem sunt illa uerba. qui pridie etc. ergo  
de necessitate oportet quod illa uerba precedant: et istud  
declarat ipse per tale exemplum Si aliquis diceret  
dico Ihesum christum ministrum fuisse circumcisiōis  
incertum esset utrum illud uerbum fuisset dictum a  
beato paulo sed ipse diceret: Paulus dixit dico Ihe-  
sum christum etc. tunc esset cunctis audientibus certum  
quod illud uerbum fuit dictum a beato paulo Simili-  
ter in proposito ad hoc quod denotetur quod sacerdos dicat  
uerba ista scilicet hoc est corpus meum. in persona christi  
oportet quod precedant alia uerba. per quod detur intelligi  
quod christus dixit illa uerba hoc est corpus meum Ista autem  
uerba sunt qui pridie etc Alii autem doctores dicunt ut dic-  
tum est: quod duplex est necessitas. scilicet sacramenti: et necessitas  
precepti. dicunt ergo quod necessitate sacramenti sunt tantum  
ista quatuor uerba: hoc est corpus meum quia cum istis quatuor  
uerbis fieret consecratio: si sacerdos diceret ea cum  
intentione consecrandi Omnia autem alia sunt de necessitate  
precepti tantum. quia si scienter omitteret aliquod eorum  
mortaliter peccaret: nichilominus consecraret Et res-  
pondetur ad rationem suam quando dicit quod sacerdos consecrans  
loquitur in persona christi: et ideo oportet quod dicat alia uer-  
ba per quod denotetur quod loquitur in persona christi Dic-  
tū est quod istud de necessitate sacramenti non requiritur sed  
sufficit intentio sacerdotis intendētis loqui in perso-  
na christi. et propterea ista uerba. hoc est corpus meum

satis ostendit qd sacerdos no loquitur in persona pro  
 pria quia nullus credit qd sacerdos uelit dicere qd il  
 lud sit corpus suum proprium. sz loquitur in perso  
 na cristi cuius e illud corpus Dicendum e ergo qd for  
 ma cōsecratis corporis cristi precise cōsistit in istis  
 uerbis hoc e etc De hoc at quid demōstret pronome  
 demonstratiuū hoc: cū dicitur hoc e etc. e magna du  
 bitatio Ad hoc autē dixerūt aliqui doctores qd istud  
 pronomen hoc demōstrat corpus cristi Alii dixerūt  
 substantiam panis sz istud salua reuerentia dicentia  
 um nō e uerū Et arguo sic cōtra eos secundū senten  
 tiam omnium doctorū: et secundū ueritatē. uerba sa  
 cramentalia efficiunt illud quod significant sed uer  
 ba predicta. s hoc e corpus meum nō efficiunt qd cor  
 pus cristi sit corpus cristi. quia atē qd uerba illa pro  
 ferētur corpus cristi erat corpus cristi. nec et efficiūt  
 qd panis sit corpus cristi. quia ista e falsa Panis e cor  
 pus cristi. ergo istud pronome hoc nō demōstrat cor  
 pus cristi nec substantiā panis Et propter hoc dicūt  
 alii qd istud pronomen hoc nichil demonstrat quia is  
 tud dicitur recitatiue a sacerdote. et iō hoc pronome  
 hoc nō tenetur demonstratiue. sz materialiter tātum  
 sz istud nichil e dictū: quia nō tollit difficultatē qd  
 licet ista uerba dicātur mō recitatiuo a sacerdote cō  
 secante: tamen cristus cōsecrās in die cene nō dixit  
 ista uerba recitatiue. et ideo quādo dixit ista uerba  
 istud pronomen hoc aliquid demonstrabat. et iō que  
 ro quid demonstrabat tunc: et remanet eadē difficul  
 tas que prius Et iō dicunt aliqui: qd istud pronomen  
 hoc nichil determinatū demōstrat: sed demōstrat ali  
 quid indeterminatū. uide quādo dicitur hoc e corpus  
 d iiii.

meum: ē sensus hoc quod continetur sub istis specie-  
bus quicquid sit illud ē corpus meum Et si obicitur  
quod illud quod continetur sub illis speciebus pro  
toto tempore quo dicuntur uerba ē panis: quia cor-  
pus cristi non incipit ibi esse nisi post prolationem  
ultime sillabe. s. um ergo si quando dicitur sic. hoc ē  
iste sensus: quod illud quod continetur sub illis speciebus  
sit corpus cristi: erit sensus quod panis erit corpus cris-  
ti quod ē falsum Dicendum quod ista propositio: hoc ē  
corpus etc. sicut et quelibet alia donec tota proferat-  
ur non ē perfecta: nec etiam perfectum sensum gene-  
rat in animo auditoris Et idcirco nō ē iudicandum  
de eius ueritate: quousque sit tota prolata Constat autē  
secundum fidē quod istud quod continetur sub illis spe-  
ciebus post prolationem hoc demonstrat illud quod  
continetur sub illis speciebus quocūque sit illud Et  
ista sufficiant de forma consecrationis corporis Cir-  
ca formam consecrationis sanguinis Sciendum quod  
in quibusdam uerbis consistat forma cōsecrationis  
sanguinis ē duplex opinio. nam sanctus thomas de  
aquino et sui sequaces dicunt quod forma consecratio-  
nis cōsistit in his uerbis: hic ē calix sanguinis mei  
noui et eterni testamenti misterium fidei. qui pro uo-  
bis et pro multis effundetur in remissionem peccato-  
rum Ita quod omnia ista sunt de essentia forme. et qui  
aliquid istorum uerborum dimitteret nichil faceret  
Et rō sua ē ista: quia de essentia et integritate alicuius  
proōnis non solum sunt subiectum et predicatum  
sed etiam ea que sunt determinatiōes subiecti et pre-  
dicati Sed ista uerba noui et eterni testamenti et  
usque peccatorum: sunt determinatiōes istius predi-

29  
cati sanguinis mei. quare omnia sunt de essentia et in  
tegritate istius propositionis. hic est calix etc. quare  
omnia sunt de essentia forme. magister autem bernar-  
dus de gandauo et sui sequaces dicunt quod in istis uer-  
bis tantum. hic est calix sanguinis mei: consistit forma  
consecrationis. et istis dictis statim est ibi sanguis  
cristi. Alia autem uerba que sequuntur: scilicet noui  
et eterni testamenti et cetera. non sunt secundum es-  
sentiam forme de necessitate sacramenti. sed so-  
lum de necessitate precepti. unde qui dimitteret ali-  
quod istorum uerborum noui et eterni testamenti etc.  
licet peccaret: tamen nihilominus consecraret. Et  
ratio istorum omnium est ista. quia per formas sacra-  
mentales non importatur de necessitate sacramenti  
nisi illud quod efficiunt. sed essentia sanguinis cristi  
in isto sacramento directe et explicita significatur  
per ista uerba precise. hic est calix sanguinis mei. Quare  
re in istis uerbis precise consistunt uerba consecratio-  
nis sanguinis. Que istarum opinionum sit uerior  
fateor me nescire. Primum tamen reputo securiorem  
et ad eam confirmandam adducitur frater bernardus  
de gannato quondam electus Claremontensis baccu-  
larius in theologia in correctorio suo contra magis-  
trum Enrichum talia duo ponens signa. Primum  
quia sacerdos in missa non ostendit populo sangui-  
nem adorandum: quousque compleuerit omnia uerba  
predicta scilicet. hic est calix sanguinis mei usque in re-  
missionem peccatorum. Et statim dictis his uerbis  
elevat calicem ostendens sanguinem cristi esse populo  
adorandum in signum quod tunc completa est consecra-  
tio sanguinis non ante. Secundum signum est quod beatus



cus Ambrosius qui est unus de quatuor doctoribus  
principalibus ecclesie in missali suo scripsit formas  
sacramentorum omnium litteris aureis ergo de in-  
tentione beati Ambrosii fuit quod omnia uerba predic-  
ta sunt de forma consecrationis sanguinis Iudicio  
autem meo paruo istud uidetur esse de intentione il-  
lius decretalis de celebratione missarum Cum mar-  
the Casus enim decretalis est iste Quidam enim episcopus  
attendens quod in nullo euangeliorum inuenitur  
quod aliquis euangelistarum posuerit ista uerba: misse-  
rium fidei: mirabatur quis fuit tante audacie quod au-  
sus fuerit uerbis sacramentalibus interponere uer-  
ba ista super hoc consuluit dominum papam. et con-  
stat quod intentio sua erat quod illud esset de integritate  
forme aliter questio sua esset nulla quia eodem mo-  
do possit querere de quolibet uerbo totius canonis et  
papa non reprehendit eum de questione illa. immo com-  
mendat ergo uidetur quod omnia illa sunt de integri-  
tate forme Et quicquid sit de ueritate istarum opinio-  
num nescio. consulo tamen unicuique celebranti quod dicat om-  
nia sub uno contextu et cum actuali intentione gratia  
poterit consecrandi Sciendum autem quod per uerba istius  
forme tanguntur quatuor beneficia que recipimus a passione christi cuius passionis istud sacramen-  
tum est rememoratiuum. secundum uerbum apostoli  
ad corinthios dicentis Quotiescumque manducabitis panem  
hunc et calicem bibetis. mortem domini annuntiabitis  
Primum effectus siue primum beneficium passio-  
nis christi est quod per ipsam sumus a potestate diaboli liberati.  
et istud tangitur in forma sacramenti cum dicitur  
calicis sanguinis Sicut filii israel fuerunt de potestate

30

te et seruitute Pharaonis per sanguinem agni pas-  
chalis liberati Ita populus fidelis e a potestate de-  
monis liberatus per sanguinem cristi. secundu q co-  
fiteatur beatus Iohannes in apocalipsi dicēs de cris-  
to Redemisti nos deus in sanguine tuo Secundus  
effectus siue secundum beneficium quod recepimus  
per passionēz cristi ē: q per ipsaz sumus celestis glo-  
rie heredes facti Et istud tangitur in forma ista cuz  
dicitur noui et eterni testamenti Sicut enīz pater  
condens testamentum filios heredes instituit: sic cris-  
tus nouum testamentum ordinans fideles heredes  
glorie paradisi. Et istud sacramentū fuit in sua passi-  
one confirmatum: quia testamentum morte testato-  
ris confirmatur Et hoc ē quod dicit beatus Paulus  
in epistola ad hebreos: dicēs de cristo: noui testame-  
ti mediator ē: ut morte interueniente repromissionē  
capiant qui uocati sunt superne hereditatis Sciēduz  
autem q lex euangelica dicitur nouum et eternū tes-  
tamentum ad differentiam legis moisaice: que fuit  
testamentum uetus et transitorioium Et dicitur nouū  
quia promittit uidelicet bona celestia que nunq legū-  
tur promissa in ueteri testamento sed solum bona tes-  
poralia. et ideo quia bona temporalia trāsitoria sūt  
ideo testamentum uetus fuit transitorioium Sed quia  
bona celestia eterna sunt: ideo testamentuz nouuz uo-  
catur eternum Dicitur etiam nouum quia fuit nouo  
modo institutum. lex enim moisaica fuit instituta  
cum sanguine animalis. secundum q legitur et reci-  
tat apostolus in epistola ad hebreos dicēs. q post q  
scripserat moyses legē in libro et legerat corā ōni po-

pulo asperit librum et populū sanguine dicens hic ē  
sanguis testamenti Sed lex euangelica fuit instituta  
mediante sanguine cristi: secundum q̄ ait idem  
cristus dicens. hic calix nouum testamentum est in  
meo sanguine et istam rationem assignat apostolus  
ad hebreos dicens non enim per sanguinem hircos  
rum aut vitulorum sed per proprium sanguinem in-  
troiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta et  
ideo noui testamenti mediator ē. tercius effectus siue  
tercium beneficium quo per passionem cristi recepti  
mus ē: q̄ per ipsam sumus de fide catholica confir-  
mati Et istud tangitur in forma istius sacramenti  
cum dicitur. misterium fidei Sicut enim secundum  
q̄ dicit beatus Ambrosius in libro qui uocatur ex  
ameron: sanguis extractus de sub ala dextra colomis  
be ualet ad illuminandum oculos corporales: ita san-  
guis cristi qui exiit a latere dextro eius pendētis tu-  
curce ualet ad illuminādos anime oculos ad credens-  
dum ea que sunt fidei Et in huius figura uelum tem-  
pli quod occultabat ea que erāt infra sācta sāctorum  
fuit in passione cristi scissum in signum q̄ ea que erāt  
occulta et uelata sub umbra legis prophetarum er-  
rant manifeste consecrata Quartus effectus siue q̄-  
tum beneficium: quod per passionem cristi suscepimus  
ē q̄ per ipsam sumus a peccatis emundati Et hoc  
tangitur in forma ista cum dicitur: in remissionē pec-  
catorum Et de hoc loquitur beatus Johannes in A-  
pocalypsi dicens Dilexit nos et lauit nos a peccatis  
nostris in sanguine suo Et his patet q̄ forma con-  
secrationis corporis cristi cōsistit precise in his uer-  
bis hoc ē corpus meū. forā at consecrationis sāguinis

consistit in his verbis. hic est calix sanguinis mei no  
 ui et eterni testamenti. etc. usque ibi. in remissione pec  
 catorum Et si aliquis querat uel dubitet quare in for  
 ma sanguinis non dicitur. hic est sanguis meus sicut  
 in forma corporis dicitur hoc est corpus meum Potest  
 dici quod causa huius est ista. hoc est sacramentum ordinatur  
 ad usum fidelium: qui usus est spiritualis et sacramentalis  
 potus quantum ad sanguinem quod comedere carnem non  
 horrent bibere sanguinem quod comedere carnem non  
 ad remouendum errorem non dicitur in forma conse  
 crationis sanguinis. hic est sanguis meus: sicut dicit  
 tur hoc est corpus meum sed dicitur: hic est calix sanguinis  
 mei: et est ibi quedam figura: quare grammatici uocant  
 metonimiam. quando scilicet continens ponitur pro con  
 tento. sicut quando dicitur bibatis istud uas uini quod  
 non est sensus quod homo bibat uas: sed quod bibat uinum  
 sic quando dicitur. hic est calix sanguinis mei: non est sen  
 sus quod uirtute uerborum sit ibi calix. quia antea erat  
 ibi: sed quod ibi sit sanguis christi Si aliquis dubitaret  
 quare in forma consecrationis corporis non dicitur hoc  
 est corpus meum: quod pro nobis tradetur. sicut dicit  
 tur in forma consecrationis sanguinis qui pro nobis  
 effundetur. cum ita bene corpus fuerit traditum pro  
 nobis sicut sanguis effusus Ad hoc descendit quod istud  
 sacramentum est rememoratum suum passionis et mor  
 tis christi Ita dicit apostolus ad Corinthios decimo  
 quinto. quotienscumque sumitis panem hunc et calicem  
 bibetis mortem domini annuntiabitis donec ueniat  
 dies scilicet iudicii Christus etiam istud sacramentum  
 instituens dixit. hoc facite quotienscumque sumitis in  
 meam commemorationem hoc est in memoriam mee pas

tionis Passio autem et mors cristi melius representatur per effusionem sanguinis quam per traditionem corporis: ideo dicitur in forma consecrationis corporis quod pro nobis tradetur. notandum etiam quod licet ex uirtute uerborum forme consecrationis corporis sub specie panis sit tantum corpus cristi et ex uirtute uerborum consecrationis sanguinis sub specie uini sit tantum sanguis. tamen ex quadam naturali concomitantia sub utraque specie est totus christus uerus deus et uerus homo. Ita dicitur in prosa de corpore cristi. ubi dicitur sic Caro uisus sanguis potus. manet tamen christus totus sub utraque specie

De loco ubi debet dici missa

Ca. quintum

Estatur omnium philosophorum sententia quod mirabilis est influentia loci proprii et terra mirabilis. In tantum enim mirabilis quod rem mutat et alterat a sua natura. sicut narrat Aristoteles in libro de plantis de pomis persicis dicitur a persia: ubi primitus inuenta fuerunt. nam illa que nascuntur ibi comesta interficiuntur: ea autem que nascuntur apud nos sunt ad comedendum suauia et iocunda. Ex quo patet manifeste quod facit ad mutationem rei et propter hoc fuit preceptum filiis israel in libro. numerorum: ne offerrent sacrificium nisi in loco que dominus elegerit. Si ergo seruitium israeliticum quod de carnibus hircorum et uitulorum et agnorum fiebat. non debet offerri nisi in loco sancto et mundo quod magis sacrificium catholicum in quo christus uerus homo offertur non debet offerri nisi in loco mundo et sancto. unde locus in quo regulariter debet missa celebrari: est ecclesia. et ita dicit Augustinus extra

ecclesiam non ē locus michi sacrificii veri. et dicore  
 gulariter quia in aliquibus casibus potest missa ce  
 lebrari extra ecclesiam. notandum autem quo ad nūc  
 q̄ ecclesia potest accipi duobus modis. quia ecclesia  
 uno modo idem ē quod congregatio fidelium qui cō  
 gregantur fide et caritate. Et ita accepit Augustinus  
 ecclesiam quando dicit q̄ extra ecclesiam. i. extra fi  
 dem ecclesie nō ē locus michi sacrificii veri. Alio mo  
 do ecclesia idem ē quod ista domus materialis in q̄  
 dicuntur hore et missae et extra ecclesiam sic dicta in  
 aliquibus casibus missa celebrari pōt. sicut in hones  
 to exercituum uel quando ad aliquā festiuitatē uel ad  
 uocationē alicuius sancti: uel obsequiū alicuius de  
 functi uel propter aliq̄ missā nouā: uel ad aliquid ta  
 le cōuenit multitudo magna populi: et ecciā ē parua  
 ita q̄ nō pōt ibi recipi pplūs: tūc in cimiterio uel ali  
 q̄ platea hōesta et mūda erigi pōt altare: et dēt ibi de  
 ceter aptari: ne puluis uel flatus uenti: uel aliqd ali  
 ud possit ibi aliquod offendiculū in ferre. De licētia  
 etiam diocisani pōt propter aliquā necessitatez missa  
 celebrari in domo alicuius in aliq̄ cāera ad hoc apa  
 ta. Ita tamen q̄ semper celebretur super altare porz  
 tabile super aliq̄ tabulā lapideā alicui scripti ānex  
 ā: benedictā ab episcopo et ista tabula debet esse inte  
 gra: qz si esset fracta non debet ibi celebrari: nec etiā  
 si esset a stipite amota: immo peccaret si ibi celebrarēz  
 Ita etiam tabula debet esse lapidea: et non de aliq̄  
 alia materia. Et ratio huius est una quia cristus de  
 us qui immolatur ibi uocatur petra: unde dicit apos  
 tolus Petra autem erat cristus. Alia cā ē: quia sepul  
 chrum cristi quod representat altare fuit excisum in

petra: ut dicunt euangeliste Et propter istam eandem  
rationem corporalia debent esse lineata et non de aliqua  
alia materia quia christus in monumento fuit inuolu-  
tus in sindone munda. id est in lineo candidissimo et cor-  
poralia significant ista lintheamina quibus christus  
mortuus fuit inuolutus Calix etiam non debet esse de  
uitro: quia de facili posset frangi. nec de ligno: quia  
lignum porosum est et in poris posset sanguis subin-  
trare: nec de cupro uel auricalco. quia inducunt fasti-  
dium et posset esse periculum de uomitu. potest autem  
fieri de auro uel argento uel stanno Sciendum autem  
quando altare est benedictum non oportet quod ibi sit ta-  
bula talis: notandum uero quod altare siue sit in ecclesia  
siue extra ecclesiam: semper debet esse uersus orientem  
Et ratio est una: quia christus uocatur oriens i. uisitas  
uit nos oriens ex alto Et de cruce cantat ecclesia Ori-  
ens splendor lucis eterne etc. Alia causa est secundum quod dicitur  
per prophetam. pars orientalis est dextra pars celi. secundum autem quod dicitur  
christus in mattheo Deus statuit in iudicio bonos  
a dextris. ut ergo in iudicio mereamur partem a dextris  
debemus orare uersus orientem Et quia principalis  
oratio omnium orationum est missa. ideo ille qui dicit missam  
faciem suam debet habere uersus orientem. quod autem  
ecclesia qua dicitur missa sit consecrata uel non: nichil fa-  
cit ad missam. licet quantum ad solemnitatem semper si possi-  
bile est debet dici in ecclesia consecrata. et sit multum bono-  
rificum et utile ecclesiam esse consecratam. quia cum  
aliquis causa orationis intrat ecclesiam consecratam: remittuntur  
sibi peccata ueni alia Sciendum etiam quod in  
nauis nisi debet celebrari missa propter periculum effu-  
sionis sanguinis In ecclesia enim sanguinis uel seminis

uel seminis offensione polluta non debet celebrari  
 et si aliquis ibi celebraret grauer peccaret. non ta-  
 men ex hoc efficeretur irregularis: sicut fuit decla-  
 ratum per dominum bonifacium octauum extra de  
 sententia excom. et interdicti ca. is qui in ecclesia. li.  
 sexto Si etiam ecclesia esset predicto modo polluta  
 non posset in cimiterio sibi contiguo celebrari: quia  
 quando ecclesia e polluta: cimiterium sibi contiguum  
 reputatur similiter pollutum non autem e conuerso. i.  
 si cimiterium sit pollutum q̄ ecclesia contigua sit pol-  
 luta. cum principale trahat annexum. non autem an-  
 nexum principale ut dicitur extra de consecrati. ec-  
 clesie uel altar: si ecclesiam. li: sexto: unde in cimite-  
 rio annexo siue contiguo ecclesie pollute: non debet  
 aliquis celebrare nec debet ibi aliquis etiam sepeliri:  
 si: secus e si cimiterium ecclesie no eēt contiguum eccle-  
 sie: quia posito q̄ ecclesia esset polluta: cimiterium no  
 sibi contiguum no eēt pollutum. ut patet in c. preallegat  
 to: tempore etiam interdicti non debet dici alta uoce  
 nec ianuis apertis missa nec etiam alie hore in ecclesia nisi  
 si in quatuor festiuitatibus. i. in die natalis domini  
 in die resurrectionis: in die penthecostes et in die as-  
 sumptiois domine nostre: ne eēt ecclesia defraudetur ser-  
 uitiis debitis: et ne diuinum officium negligatur. et ne  
 fidelium deuotio minuatur. in deuotio fidelium augea-  
 tur tempore cuiuscumqz interdicti ianuis clausis: excō-  
 municatis et interdictis exclusis: cāpante etiam non  
 pulsatis det missa et totum diuinum officium tam diurnum  
 q̄ nocturnum dici submissa uoce in ecclesia: ita q̄ no pos-  
 sit audiri ab his qui sunt extra. Ita omnia habentur  
 extra de sententia excōmunicatiois et interdicti. ca.



Alma mater libro sexto et qui contrarium fecerit  
irregularis et ineligibilis nec etiam ipse potest eligi  
re: nec potest absolui: nisi in casu mortis nisi per sedem  
apostolicam: ut habetur extra de sen. c. is qui in ecc  
lesia. li. sexto Aliquo etiam excommunicato presente  
nullus debet celebrare. nec in ecclesia nec alibi alio  
quin peccaret mortaliter. et ultra hoc esset suspensus  
ab ingressu ecclesie: nec posset absolui nisi ab illo qui  
tulit sententiam excommunicationis: ut dicitur extra  
de priu. c. epif. li. sexto Et non continetur istud: quia  
qui sic suspensus celebraret esset irregularis ut ha  
betur expresse extra de sen. ex. c. is. li. sexto

De tempore quo debet dici missa

Ca sextum  
t dicit sapiens Salomon omnia tempus habent  
et hoc rationabiliter Res enim penes uariet  
tatem temporum maximam acquirunt immutatio  
quod euidentissime apparet in lactuca que cum tempore su  
iuentutis frigide et humide sit nature: feruor isz san  
guinis et colere extinctius ex quo fradescit in humore  
conuertitur calidum et amarum quod ob colericis siue  
calectis Et quod re liquide apparet quoniam res penes  
mutationem temporum mutetur et alterentur quod satis su  
it pulcre figuratum exo. c. decio sexto. ubi legitur quod ma  
na collectum tempore debito erat habens omne delectamen  
tum et omne saporis suauitatis quando aut colligebatur te  
pore non debito. scilicet sabbato computruebat et uermibus  
scaturiebat: mana istud erat figura corporis christi sic  
cut dicitur in historia corporis christi ubi dicitur hu  
ius sacramenti figura precessit quando pluit dominus  
mana patribus in deserto Sicut ergo mana non debet  
colligi nisi tempore debito ita istud sacrosanctum sacrificium

cium non debet offerri nisi tempore debito et statu  
 to Sciendum ergo q̄ missa debet celebrari de die et  
 non nocte nisi in festo natiuitatis cristi in quo mis-  
 sa celebratur in media nocte. quia illa hora natus fu-  
 it cristus de hoc tamen magis dicitur infra Antiqua  
 tus etiam in uigilia resurrectionis dicebatur missa  
 de nocte unde in oratione misse dicitur ad huc. qui sa-  
 cratissimam hanc noctem etc. Ratio quare missa ces-  
 lebratur de die non de nocte ē una. quia in missa rez-  
 mō:atur passio cristi: que fuit facta de die et non de  
 nocte Alia ratio ē. quia per noctem significatur statu-  
 tus peccati: per diem significatur status gratie: ut di-  
 cit glosa super illud apostoli ad ro. Abiciamus ope-  
 ra tenebrarum. i. peccati et induamur arma lucis. i.  
 uirtutis que sunt arma gratie Ad significandum er-  
 go q̄ dicitur missam debet esse in statu gratie et sine  
 peccato: dicitur missa de die et non de nocte Qua ē  
 hora diei dicit dēt missa. notandum q̄ tres sūt princi-  
 pales hore in quibus debet dicit missa. s. tertia: sexta  
 et nona Et in istis tribus horis magis q̄ in aliis di-  
 cit dēt missa Rō ē ut enī dicitur ē missa dicitur in mēo-  
 riā passionis cristi Christus at in istis tribus horis  
 fuit passus et crucifixus: hora enim tertia fuit cruci-  
 fixus linguis iudeorum et sententia Pilati quia ho-  
 ra tertia clamabant iudei: crucifige eum: et illa ho-  
 ra Pilatus ad iudicauit fieri petitionē ipsorū: hora  
 sexta fuit eleuatus in cruce: unde dicitur in Jobā: era-  
 t hora septima: et crucifixerunt eū: hora autē nona emi-  
 sit spiritum: unde dicitur in marco Et circa horā no-  
 nam exclamauit uoce magna dicens: et sequitur emi-  
 sit sp̄s Et istud intelligo de missa q̄ dicitur solēnter

in ecclesia: quia misse particulares possunt dici a p̄sbi-  
to aurore usq; ad sextam Et in diebus ieiuniorum  
usq; ad nonam Post nonam autem non dēt celebra-  
ri missa nisi forsan in diebus ieiuniorum et ratione  
ordinum Incidentaliter ē notandum q̄ non solū mis-  
sa uerum etiam omnes alie hore canonice dicuntur  
in memoriam passionis cristi: matutine dicuntur in  
memoriam quia cristus hora matutinali captus et  
uinctus fuit et multipliciter delusus: et debz dici ma-  
tutina media nocte. iuxta illud psal. media nocte sur-  
gebam ad confitendum tibi super iudicia iustificas-  
tionis tue Prima dicitur in memoriam q̄ in illa ho-  
ra cristus in domo caiphe ligatus ad columnam fuit  
et grauissime flagellatus: ita q̄ secundum q̄ predice-  
rat isaias propheta A planta pedis usq; ad uertice  
capitis non erat in eo sanitas: tertia dicitur in memo-  
ria q̄ illa hora cristus ductus ad pilatum fuit crucis-  
fixus linguis iudeorum clamantium et dicentium  
tolle tolle crucifige eum Et tunc fuit impletum illud  
psal: Aperuerunt super me os suum sicut leo rapies  
et rugiens Sexta dicitur in memoriam q̄ illa hora  
cristus spoliatus et illusus a militibus fuit clauatus  
in cruce Et tunc fuit impletum illud psalmiste. fode-  
runt manus meas et pedes meos: nona dicitur in me-  
moriam: q̄ illa hora cristus felle et aceto potatus ex-  
pirauit dicens. pater in manus tuas commēdo spi-  
ritum etc. tunc fuit impletum illud psalmiste Dedederunt  
in escam meam fel et in siti mea potauerunt me ace-  
to uespere dicuntur in memoriam: q̄ illa hora cristus  
a pilato datus nobili cēturioni et Joseph fuit de cru-  
ce depositus Completorium dicitur in memoriam

¶ Christus illa hora a sua matre tristissima et aliis  
 sanctis mulieribus lamentatus et aromatibus cons  
 ditus. fuit positus in sepulchro Et sic bonum est et  
 congruum q̄ quelibet istarum septem horarum dice  
 retur in hora determinata Juxta illud psal. Septies  
 in die laudem dixi tibi. uerum quia propter familia  
 ris rei occupationem uel propter humanam fragilita  
 tatē nequit istud seruari. seruetur tamen illud quod  
 ordinatum ē: extra de ce. mis. c. pres biter ubi dicitur  
 sic pres biter matutino officio completo. s. media noc  
 te mane pensum sue seruitutis. uidelicet primam inter  
 ciam: sextam et nonam uesperamqz persoluat Ita ta  
 men ut horis cōpetentibus aut a se: aut a scholaribus  
 compleatur Deinde peractis horis et infirmis uisi  
 tatis. si uoluerit exeat ad opus rurale se iunus: et di  
 cantur omnes hore iste per modum quo precipitur  
 extra. e. ti. c. dolentes. ubi precipitur q̄ diuinum of  
 ficium tam diurnum q̄ nocturnum dicatur studiose  
 pariter et deuote Et qui scienter transgreditur illud  
 mandatum: sciat se mortaliter peccare: utpote quia ē  
 transgressor precepti ecclesie. notandum autm q̄ nō  
 debz dicere missam quousqz dixerit matutinas Cō  
 gruū ē t̄ q̄ prima dicatur ante missam Alie etiā ho  
 re preter uesperas et completorium possunt dici eti  
 am ante missā uel post

Quotiens in die debet celebrari missa *Carlep:*  
 p̄ quo dictum ē q̄ missa dēt dici de die Resiat  
 dicendum quotiens debet dici in die missa  
 Et ē sciēdū q̄ sicut dicitur extra de celebra  
 tiōe missarū capitulo. consulisti: nullus pōt dicere  
 missam nisi semel in die: ualde enim felix ē qui celes  
 e lli

braret unam digne Excipitur dies natiuitatis do-  
mini: qua die celebrantur tres Ita q̄ unus sacerdos  
potest in illa die celebrare tres missas. ut dicitur de  
consecr. di. i. c. nocte sancta Et ratio quare illa die di-  
cuntur tres. una ē propter misterium: quia per istas  
tres significantur tres status. s. status ante legem. sta-  
tus sub lege et status gr̄e Illa missa que cantatur me-  
dia nocte representat statum qui fuit ante legē: cuius  
do totus mundus erat in tenebris. unde in missa illa  
cantatur illa prophetia isaie Populus gentium qui  
ambulabat in tenebris uidit lucem magnam Secun-  
da missa que dicitur in auroza significat statum qui  
fuit sub lege: in quo statu inceperunt scire cristum per  
dicta legis et prophetarum: sed non habebant per-  
fectam noticiā de eo: et ideo cantatur in auroza: quā  
do incipit apparere lux diei. s. non bene clare. unde  
in missa illa cantatur lux fulgebit. tertia dicitur in  
claro die et significat statum gratie in quo sumus: et  
dicitur officium Puer natus ē nobis Alia causa ē ad  
representandum tres natiuitates cristi. nam prima  
dicitur ad representandum natiuitatem eternam qua  
nascitur ex deo patre. unde dicitur in introitu misse il-  
lius Dominus dixit ad me: filius meus es tu. ego  
hodie genui te Et dicitur illa missa de nocte quādo  
ē tempus obscurum: ad designandum q̄ natiuitas  
illa ē nobis occulta Secunda dicitur ad representan-  
dum natiuitatem spiritualem qua nascitur in anima  
iustorum per gratiam. unde cantatur in illa mis-  
sa lux fulgebit hodie super nos. lux scilicet gratie  
tercia representat natiuitatem temporalem: qua nos-  
tus est ex benedicta maria uirgine pro salute nostra

unde cantatur *puer natus est nobis. uerumtamen*  
 si considerentur euangelia que dicuntur in missis  
 istis *Prima* representat natiuitatem temporalem  
 qua *criscus* natus e secundum carnem ex *maria* uir-  
 gine pro salute nostra. unde illud euangelium quod  
 dicitur in missa scilicet *Erisit edictum etcetera* loqui-  
 tur de ista natiuitate: ut patet intuenti *Secunda* di-  
 citur ad representandum natiuitatem spiritualem q̄  
 nascitur in animabus iustozū per gratiam. unde di-  
 citur in missa illud euangelium *Pastores* etc. quod lo-  
 quitur de natiuitate filii dei spirituali. *tercia* repre-  
 sentat natiuitatem eternam qua nascitur ex patre  
 de tūc dicitur euāgelium illud *In principio erat uerbu*  
 quod totū loquitur de natiuitate eterna filii dei. no-  
 tandum etiam q̄ in die *parasceues* non debet dici  
 missa *Et ratio* est: quia istud sacramentum est figura  
 passionis *crisci*: que tali die fuit facta: et ueniente ue-  
 ritate debet cessare figura *Aliis* autem diebus nō  
 debet dicere sacerdos nisi unam missam: nisi in ca-  
 su necessitatis in quo potest celebrare duas tantum  
*Et unus* casus est si aliquis moriatur: et sacerdos ce-  
 lebrauit missam de die: potest dicere pro defunctis  
 scz missam de requiem: dummodo sit ieiunus et non  
 sit alius sacerdos qui celebret *Alius* casus e si sit ali-  
 quis in periculo mortis et petat corpus *crisci* sibi da-  
 ri et sacerdos non habeat hostiā consecratā: pōt ite-  
 rum celebrare: quia istud intelligendum e semper *Al-*  
*lius* casus e propter necessitatem nuptiarum scilicet  
 quando transit tempus nuptiarum. et dicta missa sus-  
 perueniūt aliqui qui habēt cōtrahere pōt sacerdos

iterum celebrare. dummodo sit ut dixi supra Alius  
casus ē propter necessitatem peregrinorum. quando  
scz dicta missa superueniunt peregrini. et istum casū  
ponit Raimundus in sua summa. Sed salua eius re  
uerentia istud uideretur expresse contra illud c. extra de  
celebratione missa. te referente Casus illius c. ē gar  
chiepiscopus sipontinus in die cene domini de anti  
qua consuetudine tenetur conficere crisma in ecclesia  
sipontina. et idem archiepiscopus accedit de mane  
de consuetudine ad garganicam ecclesiam ut recipi  
at ibi peregrinos ipsius loci. et ibi a clero et populo  
lo celebrare compellitur. unde super hoc implozauit  
consilium pape. et papa respondit q̄ in ecclesia sipo  
tanea in qua tenetur crisma conficere: debz tantum  
modo celebrare. Ex quo manifeste appaz q̄ ratio  
peregrinorum non debet transgredi institutio de un  
ica missa celebranda in die: unde saluo meliori iudi  
cio magis approbo consuetudinem que seruatur in a  
liquis ecclesiis gallicanis: quando scilicz ueniūt  
dicta missa aliqui peregrini ad aliquam ecclesiam  
si non sit ibi sacerdos paratus dicere missam. sacer  
dos induit se sicut debet dicere missam. et dicit offi  
cium eis de beata uirgine. uel de spiritu sancto uel de  
trinitate. uel de illo sancto pro quo fit peregrinatio  
reliquias loco eleuationis corporis cristi. et ista mis  
sa uocatur missa sicca. tamē si alibi seruatur illa cō  
suetudo iure opinionem Raimūdi non condēno eas  
Alius casus ē propter necessitatem honestatis: uel u  
tilitatis. ut si dicta missa superuenit aliqua magna  
persona que uelit missam audire: potest sacerdos itea

rum celebraret: dum mō sit ut dixi supra ieiunus 3c  
 tum casus ponit glo. super. c. Consuluiti extra de re  
 mis. De ista necessitate nescio quid dicam: quia non  
 video hic tantam necessitatem. q̄ propterea debeat  
 transgredi mandatum de unica missa celebranda pre  
 fertim cum magne persone non multum temporibus  
 nostris ita afficiantur ad missas: et illi qui afficiunt  
 tur ducant secum proprios sacerdotes. Alius casus ē  
 propter necessitatem debiti. sicut quando sunt due ec  
 clesie annexæ: et quælibet ē curata. i. ē habens curam  
 animarum: et habent redditus ita tenues q̄ non suf  
 ficeret duobus sacerdotibus: s; unus solus sacerdos  
 habet curam utriusq; in isto casu sacerdos pōt in us  
 na die in septimana qualibet celebrare in illis die  
 bus in quibus tenetur populo suo ad dicendum mis  
 sam: uel ad ministrandum sacramenta. uel alia officia  
 que requirunt missam. et iste casus in multis locis  
 contingit et seruatur in partibus tholosanis. Et  
 credo q̄ in iure non inuenitur preceptum expressum  
 de unica missa tantum celebranda: cum omnibus ca  
 pitulis in quibus fit mentio de ista materia ponatur  
 istud uerbum sufficit: quod uerbum non importat uis  
 eo actiuam. Consuetudo tamen ecclesie que preminet  
 cuiusq; auctoritati habet et tenet hoc: et ideo nullus  
 debet facere contra eam: et si facit peccat et puniri de  
 bet. In quocunq; autem casu sacerdos celebrans plu  
 res missas: non debet sumere aliquid nec uinum nec  
 aquam nec aliquid aliud post sumptionem sanguinis.  
 sed solum debet lauare os: et cauere sibi quantum  
 potest: ne aliquid transglutiat: quia sacramenta a se  
 iuno sunt recipienda et in qualibet missa corpus cris



si recipiat et sanguinē. et in ultima recipiat ablutio-  
nem sanguinis cristi et non in aliis ut dixi. habentur  
extra de cē. mis. c. experte et de consecrā. quinta ut ie-  
suni et septima questione. i. nichil

De uestibus quibus induitur sacerdos in missa  
Capitulum septimum

in omni tempore uestimenta tua sint candida uer-  
bum est sapientis quantum facit debitus ue-  
sus uestimentorum ad debitam ministratio-  
nem officii: quod quis exercet: satis ostendit experi-  
entia medicorum Compertum ē enim q̄ collirium sa-  
lubriter doloris oculorum mitigatum tritum ab  
apotecario induto ueste qua die precedenti indutus  
fuerat inde aliqd̄ immissū oculis patierē cruciabat  
Si uestis in debita nocziā cōsecratiōe collirij q̄toma-  
gis nocz in cōsecratiōe cristi: uide figuratiue fuit p̄ce-  
ceptū legislatori in exodo Istomō facte uestes. Nam  
rō factas in quibus sanctificatus ministret michi ū  
de sciēdū q̄ omnes uestes quas induet sacerdos in mis-  
sa debent eē sanctificate ab episcopo. i. benedictē ab  
episcopo. notandum autem q̄ illa uestis que primo  
induitur scz illa camisia parua uel superpellicium  
non ē de essentia missę in simplici sacerdote: quod d̄  
copropter episcopos et canonicos regulares. quozū  
talis uestis ē habitus Sciendum q̄ computata illa  
camisia de qua dictum est uel loco eius computato  
superpellicio septem sunt uestes quibus induitur sa-  
cerdos in missa scilicet illa camisia: uel loco eius su-  
per pellicis. amictum. alba. cingulus. manipulus. ce-  
sula. stola Et iste septem uestes signant septem dona  
spiritus sancti: quibus debet esse sacerdos per fusus

unde actū .i. Induamini uirtute. s. spiritus sancti  
 ex alto: uel signant q̄ debet esse contra septem peccata  
 mortalia munitus et armatus: unde apostolus In-  
 duite uos armatura dei: ut possitis stare aduersus in-  
 sidias diaboli: uel signant septem uirtutes sc̄z tres  
 uirtutes rheologicas: et quatuor cardinales quibus  
 debet esse sacerdos adornatus: unde apostolus Indu-  
 amur arma lucis: glo: arma uirtutum: quia non ē li-  
 citum indutum sacco: i: peccato: aulam regis: i: crisi: s̄  
 qui ē rex regum intrare: ut dicitur in libro. hester: uel  
 signat q̄ debet esse sacerdos septem operibus miseri-  
 cordie deditus: unde apostolus Induimini dominū  
 ihesum cristum: cuius misericordie non ē numerus  
 ut dicitur in psalmis: uel signat q̄ septem petitiones  
 orationis dominice exaudiuntur: in missa in signum  
 cuius legitur in libro hester: q̄ hester induta uestibus  
 regis fuit exaudita ab Assuero: uel signat q̄ sacerdos  
 dignus cum istis septem uestibus celebrans habebit  
 septem dotes in paradiso quatuor ex parte corporis  
 et tres ex parte anime in cuius signum legitur in ge-  
 nesi q̄ Jacob indutus uestibus Esau ualde bonis ha-  
 buit benedictionem patris: uel signant q̄ pius Ihe-  
 sus toto tempore quo mundus durabit quod tempus  
 septem diebus uoluitur erit in nobis presens in isto  
 sacramento et ita promisit ipse qui non mētitur Ec-  
 ce ego uobiscum sum usqz ad consummationem secu-  
 li Et ut specialius de unaquaqz ueste dicatur Sciēs  
 dum q̄ illa camisia uel superpellicium signat q̄ sa-  
 cerdos debet habere mundiciam uite Est enim illa  
 la camisia uel superpellicium de lino albo mudissima  
 mo et propter hoc dicit ipse: lauabo māus meas inter

innocentes manus meas et circumdabo altare tuum  
domine Amictum quod ponitur super caput significat  
elevationem mentis ad deum: quam sacerdos debet  
habere pre aliis: maxime quando dicit missam  
unde dicit ipse Sursum corda: id ē corda sint elevata  
ad deum Alba que ē longa significat perseverantiam  
in bono quā debet habere sacerdos: quia qui per  
seuerauerit usqz in finem hic saluus erit Lingulum  
quod prohibet uestes ne fluant per terram significat  
timorem dei qui prohibet ne anime fluant per peccatum  
Quia ut dicit sapiēs Qui timēt dominum pre  
parabunt corda sua et in conspectu illius sanctifica  
bunt animas suas. manipulus significat fructus bono  
rum operum quem boni sacerdotes reportabunt  
in paradiso. unde eis dicit psal: uenientes autem nec  
cum ex. por. ma: su: Stola significat mortificationem  
carnis: unde ponitur ad modū crucis: ad denotandum  
qz sacerdos dēz portare crucē in corpore suo: et ita dicit  
apostolus: mortificationē zibesu cristi in corpore nrō cir  
cūferētes Casula q̄ operit alias uestes et preeminet  
ōibus aliis significat caritatē q̄ preeminet ōibus uir  
tutibus et que cooperit multitudinē pctōrū In cari  
tate ergo radicata et fūdāta iuste uiuāus: ut dicit apostolus  
multe alie adaptatiōes possent adduci Sz iste quo  
ad nūc sufficiāt Qui dēt dari eucharistia Casula  
uonitā nō ē bonū sūere panē filiozū et mittere  
cāibus et margarite nō sūt porcis donāde cū  
in isto scrō cōtineatur pās uiuus q̄ de celo de  
scēdit: iustus scz uerus deus et uerus hō qui ē illa pre  
ciosissimā margarita quā qui inuenit hō abscondit: pre  
gaudio illius uadit et uēdit ūiuerſa que hz et emit eā

Ideo sacramentū non ē dandum canibus uel porcis  
 peccatoribus. s. crudelibus et immūdis Ad uidentū  
 dum ergo quibus debet dari sacramentum uidentū  
 ē primo de modis manducandi istud sacramentum  
 Sciendum ergo q̄ istud sacramentum potest sumi  
 corporaliter et sacramentaliter et spiritualiter secun-  
 dum hoc ergo quatuor modis sumitur hoc sacramen-  
 tum Quidam enim sumunt istud sacramentum cor-  
 poraliter tantum. sicut si aliquis infidelis qui non  
 credit in isto sacramēto esse ueraciter corpus cristi sua-  
 meret hostiam consecratam sumeret hoc sacramen-  
 tum corporaliter tantum. q̄nia constat q̄ non sumere-  
 ret spiritualiter cum non reciperet fructus sacramē-  
 ti. nec etiam reciperet sacramentaliter: quia recipit  
 illud sacramētū sacramentaliter qui credit in isto sc̄o  
 ueraciter eē corpus cristi s; iste nō credit q̄re nō reci-  
 pit istud sc̄aliter s; corporaliter et idē dico de mure  
 uel cane uel de quacūq; alia bestia comedente hostiā  
 consecratā Quidā recipiunt istud sacramētū spūaliter  
 sicut fideles iusti et sc̄ti cū deuotiōe audie-  
 rentes missam uel habētes deuotionē ad audiēdū eā  
 q̄licz nō cōicēt: sūt tamē participes fructus istius sa-  
 cramenti: et sic intelligitur uerbū Augusti. dicentis  
 Crede et māducasti. crede. s. fide firma et māducasti  
 et. s. spūaliter Quidā cōcedūt siue sumūt istud sacramē-  
 tū sc̄aliter et spūaliter simul: sicut sūt falsi cristiāi q̄  
 sumūt istud sacramentuz in pctō mortali: tales enī  
 corporaliter sumūt: quia presupponitur q̄ recipiunt  
 species consecratas. et etiam sumunt sc̄aliter qz ex  
 quo sunt cristiāni credūt sub illis sp̄ibus corpus cris-  
 ti ueraciter contineri. et sic utūtur sc̄o ut ē sacramē-

tū. s; nō recipiūt spūaliter. q; nō recipiūt fructū sacra-  
mēti Quidam uero recipiunt istud sacramentū cor-  
poraliter sacramentaliter et spūaliter simul: ut il-  
li qui cum fide et deuotione existētes in caritate et  
gratia in dei recipiunt istud sacramentū. qui ex per-  
ceptione eius multa bona recipiunt in presentī: scilicet  
gratiam: et in futuro gloriā. Secundo uidendū  
ē que requiruntur ad debitam susceptionem huius  
sacramenti: et sunt tria scilicet immunitas a peccato  
mortalī: eleuatio mentis ad deū: et mundicia cor-  
poralis De primo dictum ē supra capitulo primo et  
dicetur aliquid in isto De secundo: sc; de eleuatione  
mentis dicit sacerdos ante inceptiōē canonis Sur-  
sum corda: quasi diceret: q; uolēs sumere istud sacra-  
mentum debet habere cor sursum eleuatum ad deū  
De tercio: scilicet de mundicia corporalis uidemus  
q; tractaturi aliquod sacramentū manus suas lauāre  
et sō cū isto scrō tractetur ille factus qui ē factus sac-  
torū requiritur in sumēte mūdicia corporalis. notā  
dū q; immunitas a peccato mortalī de necessitate re-  
quiritur ad debitā susceptionē istius sacramenti. Alia  
sūt duo requirūtur de magna congruitate et sō cū ali-  
q; immūdicia corporalis habeat aliquo modo secū-  
ānerā culpā mortalē et ebriūtinē mētis: sc; pollutio  
q; accidit in somnis. uidēdū ē de ipsa pollutiōe quō  
impedit susceptionē istius sacramenti Sciendū q;  
pollutio que accidit in somnis non ē peccatum de se  
sed pōt esse effectus peccati mortalī uel uēialis uel  
nullius peccati: secūduz q; cā eē pōt uel peccatū mor-  
tale uel uēiale uel nullū: sēper ergo recurrēdū ē ad cō-  
uēntiā: ut de prouēit ista pollutio Potest autem pollutio ista

prouenire uel ex cogitatione preterita uel ex ebrietate  
 et crapula: uel ex temptatione diaboli: uel ex ins-  
 firmitate: uel ex alienatione nature Primis autem  
 duobus modis non potest esse sine peccato mortali uel  
 ueniali - quia si cogitatio deliberata et cum con-  
 sensu precessit: uel ebrietas uel crapula fuit delibera-  
 ta uel consuetudinaria: fuit mortale peccatum, et ideo  
 talis pollutio impedit de necessitate sumptionem istius  
 sacramenti Si autem cogitatio non fuit cum con-  
 sensu deliberato uel ebrietas non fuit deliberata est potest  
 ueniale: Et ideo talis pollutio impedit de necessitate  
 sumptionem istius sacramenti Sed tamen de con-  
 gruitate impedit et potissime si fuit cum turpi imagi-  
 natione: quod ex tali imaginatione ut communiter des-  
 primitur mens, sed si aliquod quod propoderet: sicut  
 de uotio festiuitatis: uel timeatur de scandalo non de-  
 bet dimitti propter hoc perceptio corporis christi Si  
 autem proueniat ex illusionem diaboli, non credo quod de-  
 beat dimitti maxime si euenit tempore magne festi-  
 uitatis uel generalis communionis Si autem euenit  
 ex nature infirmitate uel alleuatione si dimittitur  
 propter reuerentiam laudabile est nisi sit aliud  
 quod reformis peccatum ut dictum est supra, et illud de-  
 cretum quod dicit quod homo post tale pollutionem debet ab-  
 stinere uiginti quatuor horis: intelligendum est cum distinctio-  
 ne predicta usque ergo quot modis sumitur istud sacramen-  
 tum et quod requiruntur ad debitam susceptionem istius sacramen-  
 ti uidendum est nunc quod debet seruari istud sacramentum uide sci-  
 edum quod istud sacramentum non datur nisi a ieiunio ut  
 dicitur sexta, quod prima nichil, de consecratio, distinctio  
 tione quinta, ut ieiunium notandum uero quod duplex est

ieiunium. quia quoddam ē ieiunij nature. quoddam  
autē ē ieiunium ecclesie Ieiunium nature soluitur per  
sumptionem cuiuscunq; cibi uel potus Ieiunium ec-  
clesie soluitur per comestionem cuiuscunq; sumpti in  
modum cibi una comestione excepta. quādo ergo ad-  
citur q̄ sacramentum eucharistie debet sumi a ieiun-  
nis intelligitur de ieiunij nature: quia primo debet  
intrare in os cristiani iste sanctissimus cibus: q̄ qui-  
cunq; alijs cibuset ita ille qui sumit istum cibum  
sacrosanctum nil ante sumpserit illa die per modum  
cibi uel potus uerumtamē quia necessitas nō h̄z lege  
et infirmis non ē lex posita infirmis et illi qui sunt in  
necessitate constituti nō sūt obligati ad hoc quin  
cunq; hora siue de die siue nocte: siue post prandium  
siue ante: possint quādo eis necesse fuerit sumere sa-  
cramentum istud Sed quid si aliquis sacerdos uel  
aliquis qui debet communicare de mane et lauit su-  
um os et forte transglutit aliquid de aqua nūquid im-  
peditur a perceptione istius sacramenti Dico q̄ an-  
te susceptionem istius decens ē q̄ qui bibit et spiritu  
aliter et corporaliter mundet se q̄rum pōtet ideo la-  
uare os ante susceptionem istius sacramenti appro-  
bo et laudo: ita tamen q̄ caueatur ne aliquid de tra-  
glutiat de aqua scienter: uerumtamē si aliquid  
transglutiat: sed non in magna et notabili q̄titate  
cum transglutiat cum salua et per modum saluae  
non credo q̄ impediat sic susceptionem istius sacra-  
menti Sed pone q̄ aliquis de nocte comederit anti-  
lum uel feniculum uel aliquid aliud: et aliquid de re-  
liquis remanserit inter dentes: et cum abluat os ali-  
quid transglutit de hoc quod remansit inter dentes

et cum abluit os transglutit aliquid de hoc quod re-  
mansit inter dentes nunquid impeditur a sumptio-  
ne istius sacramenti Dico q non ex quo scienter no-  
facit: sed transglutit in modum salive Istud etiam sa-  
cramentum non debet sumi nisi ab illo qui perfecte  
habet usum rationis. unde non debet dari pueris an-  
te q ueniant ad annos discretionis. sicut habetur ex  
de pe. et re omnis utriusqz sexus. quia ante istud tes-  
pus nesciunt discernere inter istum cibum et cibum  
corporalem et sic non exhiberent reuerentiam debitam  
tanto sacramento Eadem etiam ratione istud sacra-  
mentum non e dandum amentibus siue furiosis Dis-  
tinguendum tamen e de istis quia tales aut fuerunt fu-  
riosi a natiuitate: ita q nunq babuerunt usuz ratio-  
nis. et credo q talibus istud sacramentum non debz  
dari. quia istud sacramentum requirit actualem des-  
uotionem in suscipiente. et tales non possunt habere  
eam Aut tales aliquotiens habuerunt usum ratio-  
nis. sed amiserunt ipsum propter aliquam causam et  
habent aliqua lucida interualla: tempore ergo quo  
habent ista lucida interualla. si petant cum deuotio-  
ne istud sacramentum et uelint ipsum reuereter reci-  
pere de eis dari Ita tamen q tempore furie nullomodo  
detur eis propter cas dicta freneticis et no det dari  
istud sacramentum: et maxime si timeatur de irreue-  
rentia ad sacramentu. sicut de exuirtioe uel de aliquo  
alio tali. loquor de freneticis in qbus ligatu se dino  
usus rois Demofiacis at si cu deuotione et reuerentia  
peteret credo dz dari cu tales hbeant usu rois et actua-  
le deuotioez ad sacramentu Et credo q tãtã deuotione  
possent hbe ad sacramentu q uirtute istius sacramē



si a demonio liberarentur. leprosis etiam non debet  
dari istud sacramentum. quod intelligo de leprosis  
sic infectis: quod non possent corpus domini sic tracta-  
re quin reicerent ipsius. sicut sunt multi in quibus ce-  
ciderunt labia et dentes. et sunt toti corosi usque ad gut-  
tur Sicut legitur de quodam monacho cisterciensis  
in uita sancti ludouici quondam regis francie cui cibus  
adponebatur bolus in ore cadebat bolus sibi de ore  
et tali sic leproso non debet dari corpus cristi. Bre-  
ui autem leproso potest bene dari. Sacerdos etiam lepro-  
sus non debet in presentia populi celebrare: sed si ad par-  
tes et in secreto uellet celebrare possit. et ita intelligo  
illa capitula. extra de cle. egro de rectoribus et nos-  
tua. huguicio etiam dicit quod sacerdos leprosus etiam pos-  
set celebrare aliis leprosis. Danaris etiam ad mortuos  
pro criminibus suis. nisi de gratia speciali: non dabi-  
tur eis corpus cristi sicut etiam nec illis qui suspen-  
duntur uel comburuntur uel submerguntur uel quocum-  
que modolibet aliter interficiuntur. Illis autem qui pro  
crimine heresis comburuntur si cum deuotione et hu-  
militate et reuerentia petant. debet dari corpus cristi  
sicut habetur extra de hereticis. super eoli. sexto. Sed  
nunquam existenti in peccato mortali est corpus cristi  
dandum. Dicendum quod peccatum autem est notorium aut  
est occultum. si est notorium: puta quia est notorius usus  
rarius uel notorius concubinaris: uel quodlibet aliter  
notorius peccator: nisi desistat et secundum statuta ec-  
clesie condigne peniteat: non est sibi dandum corpus cristi  
quodcumque petat: immo est sibi dicendum. Amice non est  
bonum sumere panes filiorum et mittere canibus. Si  
autem est occultum peccatum. Aut iste petit corpus cristi

tempore quo tenetur cōmunicare: puta generalis cō  
 munionis. uel quia ē infirmus et sic de aliis casibus  
 in quibus tenetur quilibet communicare. aut petit  
 alio tempore Si petat alio tempore quumcunq; pe  
 tat in publico non tenetur sacerdos dare ipsuz sibi  
 s; debet et dicere. amice modo non ē tempus cōmu  
 nicandi. et iō ego mō non dabo tibi corpus cristi: s;   
 expecta tempus statutum Si autem petit tēpore quo  
 tenetur communicare. tunc aut iste petit corpus cris  
 ti in publico. aut in secreto Si petit in secreto non ē  
 sibi dandum: immo ē monendus ne petat in publico  
 S; si talis pertinax in malicia sua petat in publico  
 sibi dari corpus cristi: sacerdos debet sibi dare ipsū  
 q; non debet eum prodere nec aliquis det ipsuz priua  
 ri iure suo quousq; declaratū sit ipsum amisisse ius  
 illud Et ideo cu; quilibet parochianus hēat iuspe  
 tendi corpus cristi a curato suo: et curatus sit obliga  
 tus ad danduz isto tempore corpus cristi parochia  
 nis suis. et nullus fidelis priuetur iure isto quousq;  
 peccatum mortale. nec det priuari iure isto quousq;  
 sit notorium ipsum peccatum commississe. et ideo qu  
 tumcunq; sacerdos sciat subditum suuz esse in pecca  
 to mortali. nisi peccatum sit notorium non debet sibi  
 denegari corpus cristi: si tempore statuto et in publi  
 co petit ipsum sibi dari: et ita legitur fecisse beatus  
 bernardus Quia cum quadam die communicaret  
 monachos suos. quidam quem beatus bernardus es  
 se sciebat in peccato mortali inter alios fratres acces  
 sit ad communionem Et beatus bernardus dedit si  
 bi corpus cristi dicens submissa uoce Iudicet domi  
 nus inter te et me. quasi uelit dicere dominus scit

¶ Tu indigne accedis et ego non possum tibi denega-  
re et ipse iudicet inter te et me et statim ille miser re-  
cepto corpore cristi cecidit mortuus Et ideo quilibet  
bet canet sibi ne indigne accedat non enim noceret  
sacerdoti sed sibi ipsi Et sacerdotes bene facerent si  
istud exemplum et similia subditis suis nunciarent  
Sed nunquid suspectis de crimine det dari istud sac-  
ramentum Dico quod triplex est suspitio quia quedam  
est uiolenta quedam probabilis quedam leuis Sus-  
picio uiolenta est contra quam non admittitur pro-  
batio sicut si aliquis inueniretur cum aliqua in lec-  
to solus cum sola nudus cum uada loco et tempore ad  
hoc statutis non etate nec parentela nec aliquo alio  
obstante esset uiolenta suspitio uel presumptio quod cog-  
nouisset eam ita quod non admitteretur probatio in co-  
trariis Probabilis suspitio est illa que oritur ex aliqui-  
bus signis probabilibus sicut cum aliquis inueniret-  
ur frequenter loquens cum aliqua in locis suspectis  
esset probabilis suspitio quod aliquid mali agerent  
leuis suspitio est que oritur ex fama et inordinata suspi-  
one alicuius Et ista dicitur leuis in fatua suspitio si-  
cut si uideret aliquem bonum uirum aliquem bonam iuuenulam  
salutatem uel sibi ariditatem non in loco nec tempore suspectis  
fatuum esse me presumere quod male agerent et de talibus  
dicit Salomon Qui cito credit leuis est corde Quando  
ergo queritur utrum suspectis de aliquo crimine det  
dari corpus cristi Dico quod si de aliquo habeatur suspitio  
uiolenta de aliquo crimine notorio et tali det denegari  
corpus cristi uerbi gratia de aliquo habetur suspi-  
tio uiolenta quod sit notorie hereticus uel usurarius uel  
concupinarius et sic de aliis Dico quod ante quod derut si

bi datur corpus cristi debet se purgare de huiusmo  
 di crimine extra de pur. c. iii. Si autem habetur de  
 eo solum suspitio probabilis non debet sibi denegari  
 corpus cristi: quousqz esset probatum contra eum lis  
 cet si notorie haberetur talis suspitio contra eum essz  
 monendus qd purgaret se anteqz accederet ad comuni  
 candum. et si consentiret bene faceret Si autem per  
 seueranter instaret et negaret crimen: de quo probabi  
 liter presumeretur contra eum: non credo qd ante pro  
 bationem esset priuandus iure suo quod habet in pes  
 tendo et accipiēdo corpus cristi. presertim cū res sua  
 agatur: et si indigne suscipiat noceat sibi et non aliis  
 tamen credo qd sacerdos ad terrorem pot et debet si  
 bi dicere cōminatoria: dicendo Si digne accipias  
 rando singula peccata. meretrix est anima peccatrix: quod  
 peccando cum diabolo fornicata est obliuioni tradita:  
 id est a deo propter peccatum oblita Quinto debet esse



uniuersalis id ē de omnibus peccatis Sexto debet  
esse continua. de his dicitur in duobus capitulis in  
fra sequentibus Septimo debet esse integra id ē cuius  
proposito confitendi et satisfaciendi. alias non esset  
contritio: sed derisio. de hoc dictum ē supra capitulo p̄o

De duratione contritionis Ca. iiii

Sciendum q̄tum debeat durare cōtritio. no  
tandum ē hic secundum q̄ dictum ē supra. c. ii  
In contritione ē duplex dolor: unus ē dolor q̄  
idem ē quod detestatio siue displicentia uolūtatis et  
iste debet semper durare q̄ si u homo uiuit. notandus  
q̄ cum preceptum de contritione sit affirmatiuū ob  
liget semper sed non ad semper: sed pro loco et tem  
pore: preceptum de contritione sic obligat q̄ non o  
q̄ homo semper sit in actu conterendi. sed quando  
q̄ occurrit sibi memoria de peccato q̄ displiceat sibi  
id eum fecisse Et ita intelligitur uerbus Augus. libro  
de penitentiā: ubi dicitur q̄ semper doleat et de dolor  
re gaudeat et sequitur: ubi dolor finitur sibi deficit pen  
nitentiā Unde quando dicitur. semper doleat intelli  
gendum ē semper quando occurrit memoria de pecca  
to Similiter quando dicit ubi dolor finitur. intelli  
gendum ē uel actu uel habitu Et causa quare sic semper  
debet durare contritio ē: quia nemo ē certus ad mis  
eremissionem: quia nescit si cōtritio fuit sufficiens. unde di  
citur in ecclesiastico de propitiatione peccatorum: no  
li esse sine metu Posito etiam q̄ aliquis sciret per reue  
lationem diuinam peccatum sibi fore dimissum ad  
huc deberet sibi displicere semper quādo cumq̄ occu  
rit sibi memoria de peccato: aliter peccaret nouo mō

quia sicut culpa est uelle peccare: ita culpa est uelle peccasse. Alius est dolor in contritione: dolor scilicet qui redundat in sensualitatem: quando scilicet homo ex displicentia peccati prorumpit in fletum et lacrimas et talis dolor non oportet quod semper duret: cum pauci immo paucissimi sint qui etiam una hora sic possint plorare peccata sua: quanto minus toto tempore uite sue. Esset tamen multe perfectionis: qui semper quando recordatur de peccatis suis posset ea plorare: sicut legitur de beato Petro apostolo quod semper plorabat et sudarium portabat in sinu quo tergebat lacrimas: quia quando recordabatur de peccato quod fecerat quando negabat christum: non potuit lacrimas continere: et tamen sciebat christum sibi dimisisse omnia sua peccata: ex quo egit penitentiam salutarem: quia fuerat uere contritus: et contrito corde recordatus est uerbi ihesu christi dicentis tempore passionis sue amarissime: antequam gallus cantet ter me negabis: et fleuit amare. et sic saluator mundi respiciens eum oculis sue infinite misericordie dimisit sibi omnia peccata et sic nunquam dereliquit eum contritum: ut dicit psalmista. Cor contritum et humiliatum etc.

De quibus debet esse contritio **Ca. quintum**

Eccatum quoddam est actuale quoddam originale. Actuale est quod contrahitur actu proprio in quantum scilicet homo agit quod non debet agere: uel non agit quod deberet agere. Et isto modo diffinitur sic peccatum. Peccatum est omne dictum uel factum uel concupitum contra omne statutum et

legem dei Originale peccatum est illud quod omnia homines  
contrahunt ex origine in quantum. scilicet homo descendit ab Adam  
dam secundum rationem seminales. ita quod peccatum  
originale formaliter nichil aliud est quam carentia iusticie  
originalis Unde sciendum quod Adam in sui creatio-  
ne accepit a deo quoddam donum supernaturale quod  
donum uocatur iusticia originalis: que iusticia ita ordi-  
nabatur hominibus gratia hominibus in omnibus obediebat deo  
ita quod in nullo mouebatur contra uoluntatem dei: et cor-  
pus ita obediebat anime uel contra imperium rationis  
Et per istud donum etiam omnia alia animalia erant  
subiecta hominibus: et obediebant sibi ad nutum secundum illud  
psalmi. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues  
numeras: insuper et pecora campi: uolucres celi et pisces  
maris Istud donum acceperat Adam non solum per se  
sed pro tota posteritate sua: ita quod in omnes qui descenderent  
de eius semine ipse transfunderet istud donum istam  
scilicet iusticiam originalem Et isto dono per peccatum suum  
ipse priuauit se et totam posteritatem suam: ita quod omnes  
qui descendunt ex eius semine carent isto dono et  
talis carentia uocatur peccatum originale Ad uidentem  
ergo de quibus debet esse contritio Primo uidentem  
dum est utrum homo debeat conteri de peccato originali  
et dicendum est quod non Cuius ratio est: quia solum de  
illo debet homo dolere et conteri quod est actu proprio  
commissum: uel quod fuit in potestate sua non committit  
tere Sed peccatum originale non fuit actu proprio  
tractum: nec fuit nec est in potestate alicuius non contrahere  
illud quod nemo tenetur dolere uel conteri de peccato originali  
et dico fieri de necessitate Congruum enim est ut adu-  
lto

qui accedit ad baptismum displiceat peccatum origi-  
 nale: non in speciali: quia fuit contractum sed in ge-  
 nerali in q̄tum. s. omne quod separat a deo d̄z displice-  
 re De peccato autē actuali quomodo debet homo  
 conteri de eo. notandum q̄ in genere duplex ē pecca-  
 tum actualē: nam quoddam ē mortale: quoddā uenia-  
 le De mortali peccato tenetur homo conteri singula-  
 riter et singillatim de quolibet ita q̄ non sufficit con-  
 tritio generalis: immo quilibet uerus penitens dēt  
 diligenter examinare et discutere conscientiam suam  
 ita q̄ cogitet dies horas et tēpora et loca et personas  
 et omnes circumstantias: in quibus et cū quibus pec-  
 care potuit et peccauit. et ita sicut occurrit sibi memo-  
 ria de peccato q̄ singulariter et specialiter conteratur  
 de quolibet: ita tamen q̄ licet de quolibz peccato mor-  
 tali uerus penitens summe debeat dolere: tamē secu-  
 dum q̄ unum peccatum ē grauius q̄ aliud. intensius  
 debet magis conteri de uno peccato q̄ de alio S̄z q̄d  
 fiet de peccatis oblitis Dico q̄ aliquis potest esse ob-  
 litus peccatorum suorum duobus modis Uno modo  
 q̄ sit oblitus in speciali: sed non in generali: i. q̄ bene  
 recordatur se peccasse mortaliter. sed tamen non reco-  
 rdatur qua specie peccati. puta si fuit fornicatus uel fu-  
 ratur. et sic de aliis: et talis debet dolere et conteri in  
 generali de peccato In speciali tenetur conteri de neg-  
 ligentia sua: per quam uenit in obliuionez peccati sui  
 et tenetur facere quod in se ē: et q̄ recordetur ī specia-  
 li de peccato suo: uel recogitando uias suas: uel orans  
 ad deum q̄ ducat sibi ad memoriam Alio modo pōt  
 esse aliquis oblitus peccati: ita q̄ non recordetur nec  
 in generali nec in speciali: et adhuc tenetur conteri in

generali Et uoco conteri in generali: non sub conditio-  
ne conteri id ē dicendo: doleo conteroz. si peccauit s; uoco conteri in generali conteri sub mixtione proba-  
bili Debet enim hoc probabiliter homo credere q; i multis offendit deū quozū non recordatur: et si sub ista estimatione doleat sic sicut si certus esset cōtritus ē et penitens Unde quilibet debet frequenter dicere cum ps. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris Quomodo autem debet conteri de peccato ueniali: notanduz q; tria sunt genera peccatorū uenialium: nam quoddam ē ueniale ex surreptione: et de hoc non tenetur homo conteri in speciali: nisi de cōgruo Quoddam ē ueniale ex uoluntate cui si consenti-  
tur incidit homo in mortale: sicut delectatio morosa in cogitatione de actu carnali ē peccatuz ueniale: s; si sit ibi consensus ē peccatum mortale et de tali ueniali quando occurrit memorie: de eo debet homo penit-  
tere: et diligenter aduertere: ne sit uel fuerit ibi cōsen- sus Quoddam ē ueniale quod per frequentationes sua-  
uget libidinē peccādi: q; illud quod de natura sua e-  
rat ueniale ex illa libidine fiat mortale: sicut in dactū iocosum de natura sua ē ueniale: sed toties poterit ite-  
rari q; augetur in tantum libidinem mentiens: q; ex tanta libidine pōt hō mentiri iocose q; peccabit mort-  
taliter Et de tali debet hō penitere aduertēdo et pre-  
cauēdo ne multiplicentur De hoc tamen magis dico-  
tur infra quando agetur de confessione peccatorū uen-  
tialium quia eo modo tenetur de eis conteri: quo tene-  
tur ea confiteri.

Que sint cause inductiue contritionis Ca. sextū.

Cause inductiue contritionis sunt multe. Prima  
 et principalis ē amor dei. Illud enī quod spū  
 aliter dēt retrahere hoīez ne peccet et si pecc  
 auit q̄ corrigat et emēdet: ē amor dei. Et iste amor  
 generatur sic ī aīa pctōris. Cum enim amor sc̄q̄tur  
 cognitionem: quia ut dicit Augusti. Vīsa diligimus  
 icoguita nequa q̄. quādo pctōr recogitat et recognos  
 cit dei bonitatem et iusticiam: cui displicet ōne malū  
 et nullomodo relinquit aliquod malum impunitū: in  
 et recogitat se multa mala cōmississe que displicēt dī  
 et uine bōitati: et propter que est dignus puniri graui  
 ter timet. Quando etiam ulterius cogitat dei bona  
 tem et misericordiam: qua paratus ē omni doleuti et  
 penitenti remittere quamcunq̄ culpam quantumcun  
 q̄ magnam: sperat de ueniā: et sic mouetur ad detes  
 tandum peccatum: et iste motus uocatur attritio. i. q̄  
 dam cōtritio imperfecta. et ita deus qui nunq̄ defici  
 cit infundit lumen gracie in animam pctōris. Et illo  
 lumine pctōr illustratus calefit in amore dei: et detes  
 tatione peccati ita q̄ timor seruilis precedit et prepara  
 rat cor pctōris ad contritionem. sed amor. i. feruor ca  
 ritatis perficit ipsam. Et de hoc ponit exemplum Au  
 gustinus dicens q̄ sicut in futura secularium cetera por  
 ci precedit et facit uiam filo: non tamen remanet in su  
 tura. sic in contritione precedit timor pene: et iste ti  
 mor preparat ad caritatem et amorem dei: qui post  
 quam iam est in anima nostra repellit omnem timo  
 rem: Et ita dicit beatus Iohannes in prima

canonica sua Perfecta caritas foras mittit timorē. s.  
seruilem: qui ē timor offense Secunda causa ē pudor  
i. uerecundia de peccatis commissis. unde dicit Job  
Res dignas confusione agunt Et nau. modo reuelas  
bo pudenda tua in facie Quando enim peccator cogi-  
tat q̄ omnia eius peccata q̄tūcunq; secreta et oc-  
cultra sunt deo manifesta et aperta: et q̄ nisi peniteat  
de his deus reuelabit et manifestabit toti mūdo: mo-  
netur ad contritionem et penitentia de peccatis An-  
de dicit boecius magna ē nobis idicta necessitas pro-  
bitatis. cum omnia agamus corā oculis iudicis cūc-  
ta cernentis. tertia causa ē detestatio uilitatis peccati  
tanta enim ē uilitas peccati: q̄ de filio dei facit seruū  
diaboli Unde dicit beatus Petrus Qui facit pecca-  
tum seruus ē peccati A quo quis enim superatus ser-  
uus eius ē Cum ergo peccator propter peccatum ser-  
uus ē diaboli effectus Inducit enim peccatum i ani-  
ma imaginē diaboli Unde Anselmus fecisti me do-  
mine ad tuam imaginem Unde anima peccatrix con-  
siderans uilitatem peccati potest dicere uerbis quod  
dicitur in trentis Uide domine et considera qz factus  
sum uilis Quarta causa ē consideratio de die iudicii  
et penarum inferni Quando enim peccator considerat  
q̄ de dī facto dicto cogitatu cōtra legez dei oportebit  
eum reddere rationē in die iudicii Juxta uerbum sal-  
uatoris in matheo dicentis De omni uerbo octolo  
quod locuti fuerit homines super terram: reddēt ra-  
tionem in die iudicii: monetur ad cōtritionē et penitē-  
tiam de peccatis suis Unde Iheronimus loquens de  
die iudicii Quotiens illum diem considero toto corde

89  
contremisco Idem siue comedo siue bibo siue do-  
mio siue aliquid aliud facio: semper uidetur in au-  
ribus meis illa tuba terribilis ifonare. Surgite mor-  
tui: et uenite ad iudicium. Quando pctōr ista attenta-  
mente cogitat: totus tremit in corde suo. Si enim ue-  
ditur btūs Petrus iustus uix saluabitur: ipius et pec-  
cator ubi apparebunt. Et gregorius. Quid faciet uir-  
gula deserti id ē pctōr: ubi cōcucietur cedrus paradisi  
si id ē iustus. Quinta causa ē dolor de amissione ce-  
lestis patrie: quando enim peccator cogitat se per pec-  
catum suum gloriā paradisi perdidisse: nō ē mirum  
si dolet: immo mirum q̄ nō crepat per medium: si es-  
nim dolet et plozat pro amissione pecunie quantomas-  
gis debet dolere et plozare pro amissione celestis pa-  
trie. Et ideo dicebat beatus Johannes in apocalip-  
si: tene quod habes: ne alius accipiat coronam tuam.  
Sexta causa ē dolor de multiplici offensa creatoris  
quando enim peccator considerat se offendissi deum  
qui eum creauit de nichilo. et insigniuit eum sua sma-  
gine et redemit suo sanguine: non ē mirum si doleat et  
peniteat de peccato. Unde dicit beatissimus bernar-  
dus. Dolor de peccatis debet esse acer: acrior acerrimus.  
Acer quia offendimus creatorem omnium. Acrior  
quia offendimus patrem nostrum qui nos pascit mul-  
tipliciter et gubernat. acerrimus: quia offendimus  
redemptorem nostrum qui nos liberauit suo sangui-  
ne a uinculis peccatorum: crudelitate demonum et a-  
cerbitate gehenne: notandum tamen q̄ licz peccatis ta-  
licur dictum ē debeat dolere et conteri de peccatis ta-  
men semper dēt sperare in domino et in pietate et mis-  
ericordia sua. Ita q̄ debet sperare de uenia et gloria



quia qui sperat in domino non confundetur: nec confu-  
sione culpe nec pene

**Quis sit effectus contritionis** Ca. septimum  
Effectus contritionis est multiplex Primus pat-  
tet ex vi nominis Dicitur enim contritio quasi  
in contritione totum cor peccatoris ad litteras  
scinditur et quassatur pre nimia angustia dolore et ira  
et indignatione concepit contra peccata Unde do-  
minus per prophetam Scindite corda uestra Item  
psalmista Sacrificium deo spiritus contribulatus  
cor contritum et humiliatum deus non despicies Et  
secundum quod dicit beatus bernardus Contritio  
mundat animam a reatu culpe liberat a pena gehem-  
netet ab horrenda demonum societate. et a uilissima  
peccati seruitute: restituit etiam bona spiritualia: que  
peccator amiserat per peccatum: restituit etiam socie-  
tatem et spiritualem ecclesie communionem. quia bo-  
norum omnium que in ea sunt habet participationem  
et de filio ire efficit filium gratie: et per consequens  
participem hereditatis eterne. notandum a uere m-  
de hoc quomodo scilicet per solam contritionem remit-  
titur peccatum sunt varie opiniones Quidam enim  
dicunt quod sicut tribus modis offendimus deum scilicet  
corde ore et opere: Ita in tribus modis necessario est  
deo satisfaciendum scilicet contritione cordis: confes-  
sione oris: satisfactione operis alias non dimittitur pec-  
catum Et isti fundant intentionem suam super illud  
capitulum de penitentia distinc. tertia perfecta  
dicunt quod omnes auctoritates que dicunt peccata in so-  
la cordis contritione dimitti sunt intelligende: cum ar-  
ticulus necessitatis excludit oris confessionem Alii dicunt

90

¶ In cōtritione dimittuntur peccata sub cōditione scilicet si confiteantur et isti fundant suam intentionem per illud quod dicitur de. pe. distinc. iiii. c. sane in fine tertii dicunt q̄ sola cordis cōtritione dimittitur peccatum cuilibet adulto: si uere conteritur et proponit ab illis abstinere et confiteri et deo satisfacere secundum iudicium ecclesie. Et fundant isti intentionem super illud capitulum de penitentia distinc. prima magna pietas dei: ut ad solam promissionem peccata dimittat nondum pronūciat ore: et tamen deus audit iam corde. Et hec opinio ē uerior et tenetur comparari a doctoribus. Et q̄ ista opinio sit uerior patet per exēplum lazari quē primo suscitauit dominus ihesus cristus anteq̄ a discipulis solueretur. lazarus enim mortuus ē peccator: qui ē mortuus per peccatum. Iuxta uerbum Ezechielis dicentis Anima que peccauerit ipsa morietur. Iste suscitatur a domino: quando sibi remittitur peccatum in contritione: et postea absoluitur a discipulis id ē sacerdotibus in cōfessione. Patet etiam per exēplum de decem leprosis qui in uia sanati uenerunt ad sacerdotes mundati sunt. Isti leprosi sunt peccatores qui dum uadunt ad sacerdotes id est dum in cōtritione habēt propositū cōfiteādi: mūdantur a peccatis. et ita dicit ps. Dixi cōfitebor aduersū me in iusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Dixi: et firmiter in animo proposui. notandum ergo q̄ ista tria sunt simul tempore: licet habeant inter se ordinem naturalem scilicet iustificatio: cōtritio: peccatorum remissio. necesse enim habeo intelligere q̄ prius quis habeat grāz q̄ cōteratur precedit ergo grā: sequitur dilectio: quoniam qui gratiam habet

m. ii.

diligit. sequitur contritio. quoniam qui diligit conte-  
ritur: sequitur peccatorum remissio. et iste processus  
colligitur de penitentia distinc. prima omnis qui nō  
diligit manet in morte Et augustinus Sine carita-  
te quō quis ueram contritionem habebit Patet ergo  
quō sola cōtritione peccatum dimittitur Quia au-  
tem faciat absolutio sacerdotis ad remissionem pec-  
catorum: dicitur infra quando agetur de cōfessione  
Et ista sufficiāt de contritione

Secundus tractatus secunde partis de confessione

Primo de institutione cōfessionis Secundo qui te-  
nentur ad cōfessionem tertio de tempore quo  
quis tenetur ad cōfessionem Quarto cui faciēda ē  
cōfessio Quinto de quibus ē faciēda confessio Sex-  
to de cōditionibus quas debet habere cōfessio Sep-  
timo de iteratione confessionis Octauo quomō se de-  
bet habere sacerdos ad confitentem nono de interro-  
gationibus sciēdis in confessione Decimo de potes-  
tate clauum et effectu cōfessionis Undecimo de sigilla-  
to confessionis

De institutione confessionis

De eidentiam eorum que dicenda sunt de cō-  
fessione notandum q̄ in scriptura duobus mo-  
dis accipitur confessio Uno modo confessio ē  
idem q̄ dei laudatio Unde cōfiteri isto mō idē est  
quod deum laudare et isto mō accipitur quādo dicitur  
Cōfitemini domino. i. laudate dominum quoniam  
bo. tetc. Alio mō idē ē quod pctōrū corā sacerdote ma-  
nifestatio: et isto mō diffinitur sic Cōfessio ē legitima  
corā sacerdote māifestatō et dicitur q̄si simul uel et

Ca. i.

toto uel undiqz fassio et de confessione isto modo dica  
 ta hic intendimus Videndum e ergo quando fuit ista  
 tuta et quis fuit institutor confessionis Quatu ad pri  
 mu e sciendu q duplex e confessio pctoru .s. mentalis et uo  
 calis mentalis confessio pctoru e de dictamine legis na  
 ture ad iute quodamō per fidē. quando enim hō scit et  
 perpendit se offendere deū: quē non uidet nisi per ra  
 dium fidei: natura dicitat sibi q ab eo misa e humili  
 ter petenda Et hec nunq e nisi recognoscatur culpa  
 quod fit per confessionē mentalē Confessio uocalis du  
 plex e quedā e que fit deo: quedā fit hōi. loquendo er  
 go de confessione uocali que fit deo: credo q confessio  
 fuit de necessitate salutis statiz post lapsuz primi ho  
 minis Et ratio que mouet e hec Omni tēpore i quo  
 e et fuit infirmitas: fuit necessaria medicina contra il  
 lam infirmitatem: sed statim post lapsum primi ho  
 minis fuit infirmitas peccati non solum originalis  
 sed etiā actualis ad minus quo ad multos: ergo post  
 lapsum primi hominis statiz fuit necessaria confessio  
 facta etiam deo uocaliter. et istud patet ex quadā glo  
 sa que ponitur super istud uerbum genesis. iiii. Adaz  
 ubi ea: ubi dicit glosa sic Verba sunt increpantis et  
 ad confessionem cogentis non ignorantis. et constat  
 q loquitur de confessione uocali fienda deo: quia tūc  
 deus non homo uocaliter loquebatur ipsi Adam: ergo  
 ab illo tēpore certe fuit necessaria confessio isto mō dic  
 ta. loquēdo at de confessione uocali fiēda homi: dico  
 q fuit instituta in lege noua: cristo uidelicz icarnato  
 et tūc et non ate fuit congruū talem confessionez institui  
 et ratio q me mouet ad hoc e duplex secūdu q ordina  
 tur ad duo scilicet peccati deletionē et manifestationē

et ad reconciliatorem faciendam deo et ecclesie eius  
Ex primo patet quomodo in lege noua debuit insti-  
tutus confessio: et hoc sic. notandum tamen qd ad euiden-  
tiam istorum que dicenda sunt. qd status peccati uo-  
catur tenebre et status gratie lux Ita dicit apostolus  
loquens ephesiis post qd fuerunt conuersi ad fides et  
fuerunt in statu gratie dicens Eratis aliquando in tene-  
bre nunc autem lux in domino Et in epistola ad ro-  
mabiscimus opera tenebrarum glo: i: opera peccati et  
induamur arma lucis glo: i: uirtutis In ea ergo le-  
ge debuit institui confessio homini faciendam in qd ora  
fuit lux uera que illuminat omnem hominem uenientem  
in hunc mundum Ita e lux noua cristo. s. incarnato  
lege ergo noua debuit institui confessio homini facie-  
nda Ex secundo. s. ex hoc qd confessio ordinatur ad re-  
conciliatorem faciendam deo et eius ecclesie patet qd  
qd debuit institui in lege noua qd eni confessio fit hoi in  
hoi sit iudex et arbiter inter deum et peccatores qd  
ter autem talis debet ee qui possit manum impo-  
nere in utraqz parte qd ille cui e facienda confessio qd possit  
et in homines qui confitentur. talis at ee no potuit quo-  
uis deus factus e ho. qz tunc datus e nobis mediator  
dei et hominum ho cristo ihesus Et hic post qd corpo-  
raliter ascendit in celum reliquit aliquos in eccia quos  
loco sui constituit arbitros et rectores eccie: quibus co-  
misiuit auctoritatem reconciliandi peccatores deo et ecc-  
lesie sue Et ideo in lege noua: cristo. s. incarnato debuit  
institui confessio. Cum enim confessio habeat efficaciam  
ab absolute et absolute ex uirtute clauis: que  
qui dem clauis fuerun date homini in noua lege: dicit

te cristo beato Petro et in ipso omnibus aliis. tibi da  
 bo claves regni celorum: quorum remiseric peccata  
 remittuntur eis: et quorum retinueris retenta sunt: ma  
 nifestum e qd confessio faciendā hōi in noua lege fuz  
 it instituta. Precessit tamen in figura in lege antiqua  
 hoc qd sacerdotibus data erat autoritas discernendā  
 inter lepram et lepram. et inter prophanum et sanctū  
 sed ista erant quedam corporalīa et nō spiritalia. Et  
 hanc figuram ostendit cristus in lege noua fuisse im  
 pletam: quando decem leprosos mundatos ad sacer  
 dotes mittebat dicens Ite et ostendite uos sacerdoti  
 bus. De secundo quis fuit institutor confessionis. Di  
 co qd cristus ipsemet. Et ratio fuit tractata supra in  
 prima parte huius operis: quādo agebatur de sacra  
 mentis in generali. Et intelligo qd fuit institutor aus  
 toritatie: et credo qd beatus Jacobus minor qui fuz  
 it episcopus iherosolimitanus et primus inter apos  
 tolos celebrauit missam quando dixit Confitemini al  
 terurum peccata uestra fuit promulgator istius insti  
 tutionis: sicut dictum fuit supra de sacramento extre  
 me unctionis

**Quis tenetur ad confessionem**

Ca. lvi

Omnes adulti postq ad annos discretionis per  
 uenerit ita qd possint discernere bonū et malū  
 tenetur semel i āno. i. i qdragesima cōfiteri ex  
 statuto cōcilii generalis. Et pōitur ex. de pe. et re. oīs  
 uirijsq3 sexus. Et cōtra trāsgressores illius statuti po  
 nitur pena ibidem. qd uiuentes ab ingressu eccie arce  
 ātur: et moriētes cristiana careāt sepultura. Et huius  
 sanctissimi ac sauberrimi statuti potuit esse: et credo  
 qd fuit triplex rō. Prima fuit uniuersalis indigentia

Omnes enim peccauerunt et egent gratia dei. non enim qui facit bonum et non peccet ut dicit sapiens Ideo quilibet debet deum glorificare confitendo se peccatorem Qui enim se peccatorem confitetur deus glorificat ostendens se dei gratia et misericordia indigere Secunda ratio fuit sacre communionis reuerentia Cum enim omnes teneantur in pascha communicare: ut digne ac munde possint accedere ad tantum sacramentum oportuit premitti remedium purgationis et lotionis peccati quod fit in confessione. tertia ratio fuit discretio gregis dominici: ne si lupi abscinderetur in grege qui manducaret agnos Iste statutu est ut rectores ecclesiarum agnoscerent uultum suarum ouium ne heretici sub pelle innocentie maliciam suam palliarent Iste omnes quicumque et cuiuscumque conditionis sint teneantur semel in anno confiteri: uel peccant mortaliter et dant predicta pena puniri Sed pone aliquis non habet conscientiam de aliquo peccato mortali nisi solum de uenialibus. sed homo non tenetur uenialia confiteri. ergo ad minus talis non tenetur confiteri Dico sine preiudicio et saluo meliori iudicio: quod aliquis potest teneri ad confessionem propter duo: uno modo propter uinculum peccati: alio modo propter uinculum precepti Peccata uenialia non tenetur quis confiteri propter uinculum peccati cum possint remitti sine confessione tamen sunt confitenda propter preceptum quo tenetur quilibet confiteri semel in anno quando. si confitens non habet peccata nisi uenialia Et de si haberet mortalia que confiteretur: non teneretur de necessitate ad uenialia De hoc tamen magis late dicitur infra Sed ulterius pone quod aliquis est ita attentus circa diuina et non habet remorsus conscientie de aliquo

peccato mortali nec ueniali: aut ergo fētur iste confite-  
 ri aut non Si non tunc non omnes tenentur ad cōfes-  
 sionem: cuius contrarium dictū ē Si autem tenetur  
 et non habet conscientiam de aliquo peccato: nec mor-  
 tali nec ueniali. tenetur ad confitendum et dicendum  
 contra conscientiam suam: et ita mētiri: quod nephas  
 esset dicere: ergo ad minus talis non tenetur confiteri  
 Dico q̄ cum sapiens dicat Septies in die cecidit ius-  
 tus. impossibile ē ut credo secundum statum uiatoruz  
 q̄ aliquis habens intellectum et usum rōnis trāseat  
 unum diem uel unā septimanā absq̄ remorsu alicuius  
 pcti uenialis: et q̄ totū annū transeat: hoc habeo ma-  
 gis pro impossibili. nec credo unq̄ istud donuz fuerit  
 collatum alicui scō: nisi cristo et beate uirgini matri  
 eius: nec istud donum credo apostolos habuisse: quia  
 uenialiter peccauerunt ut dicit gre et augusti. i libro  
 de natura et gratia Si omnes sancti et sancte duz ad  
 hoc uiuerent interrogati essent: utrum sine peccato es-  
 sent. omnes una uoce dicerent. si dixerimus quia pec-  
 catum non habemus: ipsi nos seducimus: et ueritas i  
 nobis non ē Excepta ē beata maria: de qua cuz de pec-  
 catis agitur propter honorem filii nullam uolo proz  
 sus questionem habere Et Zheronimus Res pene cō-  
 tra naturā ut sine pctō aliquis sit Fō hō q̄tuncunqz  
 sit perfectus: debet cogitare corde et cōfiteri ore se eē  
 pctōrem Quia ut dicit gre. bonarum mentis ē ibi cul-  
 pam timere ubi culpa nō ē Unde de lege cōi tenetur o-  
 nes ad cōfessionez Et si deus de specialissima gratia  
 daret istud donum alicui: q̄ nec mortaliter nec uenial-  
 iter peccaret credo q̄ adhuc ne cōtēneret preceptū ec-  
 clesiasticū talis d̄z presentare se cōfessorī suo: nō q̄ diceret



se peccatorem: quia menti retur: s; debet dicere Domi  
ne non habeo cōscientiam de aliquo peccato nec mor  
tali nec ueniali: tamen propter preceptuz ecclesie pre  
sento me uobis Sicut dixi supra: q; sanctificatus in  
utero debet suscipere sacramentum baptisimi: licz nō  
habeat peccatum originale.

De tempore quo tenetur homo confiteri:

Este sapiente omnia tēpus hēnt. et ideo nōc  
uidendū ē de tēpore quo confessio ē fiēda. i. si ē  
facienda statī cū hō peccauit: uel potest differ  
ri usq; ad tempus statutuz in decretalī: omnis differ  
q; sexus. i. usq; ad. xl. Ad huius ergo euidentiam sciē  
dum q; nos possumus loqui de confessione: uel q̄tum  
ad propositum iterius: uel q̄tū ad uerbū exterius Si  
primo mō sic dicūt cōter ōnes doctores q; tētur pro  
ponere confiteri: q; tētur primo de pctis conteri: quia  
sine proposito confitēdi et satisfaciēdi non dimititur  
peccatum in contritione: et dico primo conteri: quia  
sicut dictum ē supra: semper quādo occurrit memoria  
de pctō: tenetur hō dolere et conteri de eo mō quo dice  
tū ē supra: licz et ipse fuerit confessus: tamē ex quo se  
mel legitime confessus non tenetur iterū confiteri De  
hoc tamē magis dicetur infra quādo agetur de iteratio  
ne confessionis S; si loq̄mur de confessione actu ali. i.  
quādo hō tētur actualiter confiteri. in ista materia se  
ntiunt doctores diuersimode Quidā. n. dicūt id i. s. n. c.  
te q; quādo cūq; aliq; peccauerit non tētur confiteri a  
te pascha s; bene tētur conteri. et fundant intētionē su  
am ex duobus Primo quia preceptū de confitēdo ē af  
firmatiuū et ideo non obligat nisi pro loco et tēpore  
determinatis. tēpnāat determinatū ab ecciā ē q; dr age

lina Ideo nullus ante quadragesimā tētur confite-  
 ri nisi eēt in periculo mortis Secūdo quia actus cō-  
 fessionis non ē necessarius ad institutionez: quia per  
 contritionem ē iustificatio: et ita confessio ē solum ne-  
 cessaria ex pzecepto et obligatione ecciē: et ecciā non  
 exiēz ante pascha nisi periculum mortis immineat  
 ergo ante illud tempus nemo tenetur confiteri nisi i  
 casu mortis Alii dicunt q̄ peccator existens in pec-  
 cato mortali tenetur statim quando habz discreti et  
 idonei sacerdotis copiā et pcti commissi mēoriā con-  
 fiteri peccatum suum: nec obstat decretalis illa oīs  
 utriusqz sexus: quia illa decretalis non dicit q̄ usqz ad  
 tūc differatur: s̄ dicit q̄ non differatur ultra: sicut ec-  
 clesia prohibz ne ultra annum quis remaneat in ex-  
 communicatione: non tū dat licētā remanēdi usqz il-  
 lā horā Iterū cū illa decretalis non fuerit edita pro  
 negligētibus: imo contra negligētes Si autē q̄ illa de-  
 cretalis eēt edita peccator tēbatur cōfiteri statim q̄ of-  
 ferebat se oportunitas: sic uidetur q̄ reatur post eius  
 editionē Que istarū opinionū sit uerior fateor me nes-  
 cire: tū dicere sicut dicit p̄ia uidetur michi periculnz  
 Dicere sicut dicit secūda uidetur michi durū Sāc-  
 tus thomas de aquino in quadam questione de quor-  
 libz ponit aliquos casus in quibus existens in pecca-  
 to mortali tētur statim confiteri Primus: quando ē in  
 infirmitate de qua imminet periculum mortis: et iste  
 casus potest colligi ex his q̄ ponūtur ex. de. pe. et re. cū  
 infirmitas corporalis Secundus casus ē quādo hz  
 facere aliquid de quo iminet sibi periculū mortis s̄  
 pro tēpoze illo sit sāus: sicut si hz trāsire mare uel lo-  
 cū uia facere uel pugnare uel aliqd̄ aliud tale: tercius

ē: si habet aliquid facere quo existens in peccato mor-  
tali non posset facere: sicut si haberet dicere missam  
uel recipere uel ministrare aliquod sacramentum ecc-  
clesie Quartus casus ē quando cōmisit aliquod pecc-  
atum: de quo curatus non potest absoluere: et habet  
copiam alicuius qui potest absoluere eum: et timet qd  
tempore statuto non poterit habere copiam: tunc te-  
netur statim confiteri Quintus casus ē quando con-  
scientia sua dicit sibi statim esse confitendum qz aut  
tenetur deponere eam: aut facere secundum eam. cum  
non sit erronea sed salubris Omnes enim dicunt qd si  
cet non sit necessarium statim confiteri ē tamen multū  
cōgruum Iuxta dictum sapientis dicentis. ne tardes  
conuerti ad dominum: et ne differas de die i die sub-  
ito enim ueniet ira illius: et in tempore uindictę dis-  
perdet te Ita qd Raimundus in summa sua ponit quā  
qz rationes: propter quas ē multum utile et congruum  
statim confiteri Prima ē propter incertitudinē hore mor-  
tis Unde dominus in euangelio beati luce Aueit  
dominus serui illius in die qua non sperat et hora qd  
nescit: et partem eius cum infidelibus ponet Item  
diuiti promittenti sibi longam uitam fuit dictum.  
Stulte hac nocte repetēt aīaz tuā a te demōes et ea q  
coaceruasti cuius erunt Secunda ē quia morans  
in peccato semper accumulat peccatum pro peccato et  
per cōsequēs penam pene Unde apostolus ad ro. An-  
ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te  
adducit secundum duriciam autem tuam et impeni-  
tens cor thesaurisas tibi iram in die ire et reuelatio-  
nis iusti iudicii omnipotentis dei qui reddet unicuique  
qz peccatori secundum opera sua Et Osee dicit

95  
maledictum mendacium et furtum et homicidium et  
adulterium inundauerunt. et sanguis sanguinem teti  
bit. i. peccatum adaucit peccatum Unde grego. Pec  
catum quod per penitentiam nō diluitur: mox suo pō  
dere ad aliud trahit. tertia ē: quia q̄to maiorem mor  
ram fecerit in pctō: tanto magis elongabitur a deo et  
per cōsequens tanto difficilior erit cōuersio Juxta il  
lud quod cōiter dicitur Qui nō ē hodie cras minus ap  
tus erit Et ouidius Principiis obsta sero. i. tarde me  
dicina paratur Cū mala per lōgas cōualuere moras  
Et ps. Domine qui elōgant se a te peribunt Quarta ē  
quia in magna egritudine uix pōt aliquis penitere  
seu etiā de peccatis cogitare Unde Ibero: Cum egris  
tuāie opprimeris: uix potes aliud cogitare q̄ sentis  
et illuc rapitur intentio mētis: ubi ē uis doloris mul  
ta enim dicit Augustinus occurrunt tuuc impedimēta  
nam morbus urget: pena tenet filii uxor mundus que  
illicite dilexit eum ad se uocant: tene ergo certum et  
dimitte incertum et age penitentiam: et cōfiteri duz sa  
nus es: et nō differas usqz ad infirmitatem: iuxta cō  
silium dicentis Aiuus et sanus confiteberis Quina  
ta quia si peccator in uita ista exaudierit dominū clā  
mantem: q̄ cōfiteatur et faciat penitentiaz: clamabit  
ipse postea ad dominum et non exaudietur Exemplū  
de diuite epulone qui in inferno sepultus ē non ē exau  
ditus: etiam pro una gutta aque. non ē ergo differen  
da uel tardanda confessio: sed ē multuz utile et congru  
um q̄ fiat statim Richardus autem in quarto suo suz  
per sententias loques de materia ista dicit q̄ aliter cē  
sendum ē in isto casu de religioso aliter de laico nam  
religiosus: cum totum tempus uite sue sit ibi tempus

penitentie. habita copia sacerdotis idonei si peccauerit mortaliter. credo q̄ tenetur sine mora confiteri: et intelligatur sine mora sicut recta rō ordinabat. laicus uero rationabiliter potest expectare tempus quadragessime: quod ē tempus penitentie Unde cum illud tempus sit magis oportunum eis ad satisfaciendum et confitendum: si expectent illud: rationabile ē iudicare q̄ non peccent: dum tamen proponant firmiter tunc temporis cōfiteri De clericis aut iudicare nō audeo: consiliū autem sanum dō: q̄ omnes qui cadunt per mortale confiteantur statim cum possint: non enim uidetur uere cōtritus qui tam diu uulnus peccati portat occultum Verba sunt Richardi Quicquid sit de materia ista credo q̄ in casibus quos pōit beatus Thomas de necessitate tenetur quilibet statim habita oportunitate confiteri Credo etiam q̄ consiliū Richardi sanum sit et salubre et d̄z exequi cū diligētia et uirritate

**Qui ē facienda confessio**

Noniam ille cui ē facienda confessio sacramentalis or̄ q̄ habeat clauis: uidendum ē primo q̄ aliquid de clauibus. notandum ergo primo q̄ nomen clauis translatum ē a corporalibus ad spiritalia Clauis enim in corporalibus ē instrumentum ad remouendum aliquod obstaculum quod impeditur ne possit haberi aditus ad domum sic enim in spiritalibus illud quod remouet peccatum mortale: quod ē obstaculum ad ingrediendum regnū celeste: uocatur clauis Et ista clauis ē triplex. nam quedam ē clauis autoritatis et istā habet solus deus Unde de ista clauis ueloquebantur iudei cum dicebant Quis pōt dimittere peccata nisi solus deus: quasi dicerent nullus: et

26

hoc ē n̄rum autoritat̄is. Alia ē clavis excellentie: et  
hanc habet cr̄stus homo. Et de hac clauē loquitur  
Elias in persona dei loquens de cr̄sto. Dabo cla-  
uē Dauid super humerum eius. Et dicitur cr̄stus  
homo clauē excellentie habere inquitur ipse per  
passionem suā satisfecit pro peccatis nostris: et nō so-  
lum pro nostris immo pro totius mundi ut dicit bea-  
tus Hieronimus. Et hoc ē uerum q̄tum ad efficaci-  
am. Vel dicitur habere cr̄stus homo clauē excellē-  
tie: in quantum effectum sacramentorum potest dare  
sine sacramentis. tertia ē clavis ministri: et istam cla-  
uē habent sacerdotes: et datur eis in collatione or-  
dinis sacerdotalis. Et de ista fuit dictum Petro: t̄-  
bi dabo clauē regni celorum: et de istis clauibus lo-  
quimur hic. Sciendum ergo q̄ duplex ē clavis minist-  
ri. Una ē scientia discernendi. Alia ē potestas ligan-  
di et soluendi. De scientia autem discernendi quomo-  
do uidelicet ē clavis et quomodo non: et si ē alia cla-  
uis secundum rem a potentia ligandi et soluendi est  
magna diuersitas inter doctores theologos: et ideo  
non dico amplius aliquid de ista materia cum domi-  
nus papa Johannes. xxi. qui nunc usuit loquens de  
clauibus in quadam extrauagante sua que incipit sic.  
Quia quorundam mentes. faciat mentionem de ista  
diuersitate doctorum: et nil determinat. Unde ex quo  
ipse reliquit indeterminatum: temerarium esset ali-  
quid determinare seu diffinire. Istud tamen firmiter  
ē q̄ iste clauē cuiuslibet sacerdoti dantur in sua ordina-  
tione: sed iste clauē non possunt exire in actum: do-  
nec sacerdos habeat materiam in quā agat: et hoc uel

per commissiōez uel per curam animarum: sicut ha-  
bent episcopi uel archiepiscopi: et omnes alii habē-  
tes curam animarum: uel priuilegium: si cut habent  
fratres predicatorum et minores: et alii qui ex priuile-  
gio domini pape uel episcoporum possunt predicare:  
et cōfessiones audire. Ex his ergo pōt patere cui sit  
sacramentalis cōfessio facienda. Et dico sacramen-  
talis cōfessio: ad excludēdū cōfessionē cōciliatiū uel  
directiuam: quando. s. pctor cōfiteatur alicui pctū suū  
ut sibi super eo cōsulat ut eū dirigat: nō ut eū absoluat  
qz talis cōfessio pōt fieri cuicunqz bono uiro: qui eū  
pōt iuuare et cōsulare uel orando uel instruendo. Sed  
loquendo de cōfessione sacrāli que fit per absolutio-  
nem dico qz ex dictis patent due conclusiones. Prima  
ē qz cōfessio sacramentalis ē faciēda sacerdoti et  
non alii. s. qz non potest fieri nisi tātū hēnti clauēs et  
iste ē solus sacerdos. Et ratio ē: quia absolutio fit uir-  
tute clauium: ita qz nullus potest absoluere in foro pe-  
nitentie: nisi habeat clauēs. quod patz: quia ut dictū  
ē clauēs ordinantur ad soluendum. Istud tamen me-  
llus dicitur ifra quando agetur de potestate clauium.  
Sed nullus habet clauēs nisi sacerdos cum clauēs dē-  
tur in collatione ordinis sacerdotalis: ergo non potest  
nec dēt alicui fieri nisi sacerdoti. Et ita dicit Augu-  
stus: ut inueniat gratiam querat sacerdotem. Secūda  
conclusio ē qz cōfessio ē faciēda proprio sacerdoti. Et  
ista conclusio pz sic licz enī ut dictū ē omnes sacerdo-  
tes habeant clauēs. non tamen omnes hēnt materiā  
i quā possit exercere usū clauium sed solū illi qbus com-  
missa ē cura aīarū respectu illozū quozum cura ē eius

commissa Et ideo solum talibus confessio e facienda  
 etales sunt proprii sacerdotes: ergo solum propriis  
 sacerdotibus e confessio facienda Et potest aliquis  
 dicere: quis e proprius sacerdos Aliqui dicunt qd pro  
 prius sacerdos e sacerdos parochialis qui hz minis  
 trare sacramenta ecclesiastica: et isti e facienda con  
 fessio Et videtur dictum istorum fundari in ratione  
 ista Illi debet fieri confessio qui habz ministrare sa  
 cramentum eucharistie Ad hoc enim e datus precep  
 tum de cofitendo in quadragesima ut fideles digne  
 accederent ad sacramentuz eucharistie in pascha Qu  
 igitur sacerdos parochialis sit obligatus ex officio  
 suo administrare sacramentum eucharistie parochia  
 nis suis: ideo omnes parochiani sui tenetur sibi co  
 fiteri ad minus in quadragesima Et ista videtur ee  
 intentio illius decretalis omnis utriusqz sexus Et il  
 lius. c. de. pe. di. sexta. placuit Istud etiam videtur de  
 intentione sacre scripture in ueteri testamento: ubi di  
 citur prouerbi. xx: septimo Diligenter agnosce uultu  
 pecoris tui: sed uultus pecoris secundu glo. e consciencia  
 que non pot cognosci nisi per confessionem: ergo opo  
 tuit fieri nisi audiat eam: hoc etiam idem uidetur di  
 cere scriptura i nouo testameto: ubi dicitur ad hebre.  
 vlti. Serui obedite per omnia prepositis uestris ipsi  
 si enim pe ruiigilant quasi rationez reddituri pro ani  
 mabus uestris Ergo etiam si ille qui habz cura tetur  
 reddere ratione pro anima subditi: uidetur necessariu  
 qd sciat statum anime subditi: quod non pot fieri nisi  
 audiat eius confessione: quare oportz qd quilibz sub  
 ditus cofiteatur suo curato Illi distinguunt de proprio



et dicunt q̄ proprium dicitur duobus modis. Uno  
modo dicitur proprium prout diuiditur contra alie-  
num alio modo dicitur proprium secundum quod a  
uiditur contra commune. modo dicunt isti q̄ quilibet  
tenetur cōfiteri proprio sacerdoti secundum quod  
proprium opponitur alieno: non autem secundum quod  
proprium opponitur communi. nam cōstat et certum  
ē q̄ si aliquis confessus fuisset domino pape et tene-  
rarium esset dicere q̄ teneretur illa eadem peccata cō-  
fiteri suo parrochiali curato. Luz ergo isti qui ex pri-  
uilegio predicant et audiunt confessiones sint uicarii  
domini pape et episcoporum: confessi eis non tenentur  
iterū cōfiteri suo sacerdoti parrochiali: cū tales sunt q̄  
si quidam penitentiaris particulares. Et iō sicut con-  
fessi penitentiaris domini pape et episcoporum non  
tētur iterū cōfiteri suis curatis: ita nec cōfessi istis. Et  
ita ē hodie determinatū per dominū nostrū papā Bo-  
nifacii in quadam decretali sua extrauagante: que incipit  
uas electionis. Istud etiam uidetur eē de intentio-  
ne illius decretalis: super cathedrā q̄ ponitur de sepul-  
chro. Ubi dicitur q̄ fr̄es predicatorum et minores et  
parochiales sacerdotes de iure noscuntur hēre: s̄ cōfite-  
ri ergo nec cōfessi eis. Et secūdū istā uis illa decretalis  
omnis utriusq̄ sexus: loquitur de sacerdote proprio  
prout propriū diuiditur cōtra eōe. Unde est sensus cō-  
fiteatur proprio sacerdoti: i. nō alieno. Et quicquid  
sit de hoc. tamen si illi q̄ audiūt cōfessiones ex priuile-

98

legio domini pape iducerent sibi confitentes ad confi  
tendū i āno suis curatis bene facerent Et ad hoc in  
ducuntur in illa decretali domini benedicti xi qui su  
it de ordine predicatorū: q̄ incipit Inter cūctas. et tē  
tur adhuc: quia licet illa decretalis sit reuocata i q̄tū  
cōtrariatur decretali bonifacii q̄ incipit Super cathe  
dram: non tamen q̄tum ad alia que equitatem conti  
nent ē reuocata Sed nūquid sacerdos parochialis  
pōt absoluere subditum suum de ōni peccato Dicens  
dum q̄ Raimūdu i summa sua ponit quiqz casus de  
quibus parochialis sacerdos nō pōt se intromittez  
remissi specialiter fuerit sibi cōmissus Primus quādo  
ē sollēnis penitētia iponenda Secundus casus ē quā  
do pctō est ānera excōicatio. tercius est ubicūqz inue  
nit irregularitatez cōtractā Quartus est de incendiari  
is Istis q̄tuor casibus hostien. addit tres Ita q̄ sit  
quintus casus de publico pctōre sicut de publico blas  
phemo Sextus est in uouentibus Septimus casus ē  
si sit consuetudo i episcopatu q̄ aliq̄ certa crimīa ad  
episcopū referātur sicut obtinet cōsuetudo i pluribus  
episcopatibus de hōicidiis sacrilegiis falsariis uio  
latozibus emunitatis ecciastice sodomitis icesuosis  
perūris et aliis enormibus criminibus q̄ episcopi si  
bi retinent: secūdū quod eis uidetur expediens de q̄  
bus nō pōt certa regula dari Sz unusquisqz curatus ha  
beat sinodale suū cū quo se dirigat i uita ista Domi  
nus guilhelmus durādī i reportorio suo dicit q̄ pōes  
re tot casus nō est nisi auferre potestatez suā curatis  
cū possint omnia de iure que non sunt expresse prohibi  
bita. notandum etiam q̄ Raimūdu i summa sua po  
nit sex casus: in quibus unus sacerdos parochialis

pōt absoluerē et audire confessiones subditoꝝum alte  
rius sacerdotis Primus ē: cum extraneus ille deliq̄t  
in parrochia sua Secundus ē si mutauit domiciliū  
in parrochia sua: sicut ē de scolaribus studentibus  
parisijs uel alibi. tercius si uagabundus sit: sicut il  
li pauperes qui uadunt uagabundi per mūdū Quar  
tus quando aliquis habet sacerdotem imperitū uel  
maliciosum: uel omnino insufficientem. et uult ire ad  
magis peritū qui sibi melius consulat. pōt ire ad  
eum petita tamen prius licentia et obtēta a proprio  
sacerdote: et sacerdos tenetur eaz sibi dare Quintus  
casus ē si aliquis uolens facere longū iter utpote ire  
ad sanctum iacobum: uel ad quamcunqz aliam peregr  
inationem uel locum. petit licentiaꝝ a suo curatoꝝo  
possit in itinere confiteri: quia tunc quilibet qui pōt  
audire confessionem poterit eis confessionem audire  
Sextus casus ē quando ē in articulo mortis. quia in  
isto casu poterit confiteri cuicunqz sacerdoti In ali  
is autem casibus prefatis non potest confiteri nisi po  
tēti audire cōfessiones: uel ex commissione cure: uel ex  
priuelegio Sz quid fiet de militibus siue de nobilita  
tibus: uel quibuscunqz alijs: qui habent domicilia in  
diuersis parrochijs. et per unam partē anni morantur  
in uno domicilio: et per aliaz partē anni morantur in alio  
cui cōfitebuntur isti Dicēdum q̄ tales debent confite  
ri illi curatoꝝo in cuius parrochia habēt principale dor  
miciiliū: uel in cuius parrochia morantur per maiorem  
partē anni Sz ponethic ē una mulier fragilis et prona  
ad peccādū: timz de curatoꝝo suo qui ē leuis et lubricus  
q̄ si confiteatur sibi: q̄ sollicitet eam ad maluz: uel q̄  
reuelabit confessionem nunquā confitebitur ista sibi

Dico q̄ si t̄atur uerissimiliter et probabiliter de iis  
 tis: uel de aliquo istorum debet petere licenciam a  
 curato suo q̄ confiteatur alteri, aut si potest habere co-  
 piam superioris: sicut episcopi: penitentiar̄i sui: uel  
 alicuius religiosi habentis potestatem confessionem  
 audiendi confiteatur sibi Sed si ista non potest ha-  
 bere copiam alicuius istorum, et curatus suus ē ita  
 maliciosus q̄ non uult sibi dare licenciam confitendi  
 alii, quid faciet ista persona Dico q̄ si timet de solli-  
 citatione commendet se deo: orando q̄ eripiat eaz a  
 temptatione et donet sibi uirtutem et constantiaz re-  
 sistendi: et confiteatur in loco publico, et deus qui tes-  
 te apostolo: neminem permittit tēptari supra id quod  
 non potest: faciet cum temptatione prouentum et ad-  
 iuuabit eam: et sic non commouebitur In casu autē  
 ubi timeret de reuelatione confessionis: credo q̄ si ti-  
 mor esset iustus et rationalis: et non leuis uel fatu-  
 us: q̄ sine licentia sua si ipse negaret eam: ius conce-  
 dit sibi eam q̄ sez alteri habenti potestatem audiendi  
 confessiones possit confiteri Ita tamen. q̄ sit in pro-  
 sito q̄ ubi haberet curatum sufficientem confiteretur  
 sibi Sicut enim ille qui contrahit matrimonium ap-  
 ponendo conditionem honestam contra substantiam  
 matrimonii, ut dicitur. xxi. q. iiii. inter cetera. xxi. q.  
 i. aliquando, et. c. solet queri extra de con. appo. des.  
nē. Ille qd dat elemosinā idigētū: obligat ipsuz ad orō  
dū pro se ad deū: et sic orō icluditur i elemosinā. Ille fa  
ciēs elemosinam ē particeps ieiunij et abstinentie. recti  
piēs ea. ieiunium i elemosina cōtinetur: ūde elemosina ē

utilior et potior ad satisfaciendum ieiunio et oratione. Et videtur esse ista intentio beati Pauli in epistola ad thimotheum ubi dicit sic. Exerce te ipsum ad pietatem ad elemosinam; nam corporalis exercitatio. i. ieiunium ad modicum utilis est. Pietas autem in elemosina ad omnia valet promissionem habens vite que nunc est et future

Que penitentia det imponi pro quolibet peccato | C. quibus

**Q**uanto peccatum grauius tanto ceteris paribus det imponi maior et grauior satisfactio pro eo. Et dico ceteris paribus: quia talis circumstantia posset esse ex parte persone peccantis. uel etiam ex parte peccati: quod minus graue peccato deberet imponi grauior satisfactio. uerbi gratia constat quod interficere matrem est grauius peccatum quam interficere uxorem. et tamen grauior penitentia debet imponi de iure uxoricidii quam de iure matricidii. et ratio est quia penitentia debet esse talis quod sit remedium peccati preteriti et cautela futuri: et ideo quia homines sunt magis proni ad uxoricidium quam ad matricidium ut ergo magis retrahatur maior penitentia debet imponi pro uxoricidio quam matricidio. ex simili causa maior penitentia debet imponi iuueni lubrico quam seni: sed ceteris paribus quanto peccatum est grauius proni ad uxoricidium quam ad matricidium. Ad uideendum ergo quomodo penitentia debet imponi pro unoquoque peccato: uideendum est de gradibus peccatorum: quod. scilicet peccatum est grauius aliter. notandum ergo quod grauitas potest attendi in peccatis tribus modis. uno modo ex parte cause inducentis ad peccatum. nam secundum quod dicitur gre. peccatum est in tribus modis committitur. nam ignorantia aut infirmitate aut studio aut certa scientia perpetratur. modo peccatum quod perpetratur ex infirmitate est grauius quam si perpetratur ex

ignorantia; sed multo grauius est si perpetraretur ex certa  
scientia. de pe. di. ii. sicut sciendus. Unde maior pe  
nitentia est imponenda pro peccato perpetrato ex infir  
mitate. i. ex temptatione; uel ex fragilitate: quam pro pec  
cato perpetrato ex ignorantia; et multo maior pro pec  
cato perpetrato ex certa scientia: hoc est contra illud quod  
dicit Ambrosius. grauius peccat qui sibi promittit  
impunitatem; grauius qui contemnit; sed grauissime  
qui ignorat; quod exponendum est grauissime id est pericu  
losissime; quia specialiter penitentia non agitur de pec  
cato quod ignoratur. Unde Johannes crisost. nullus  
inuenitur remedium tale contra peccatum sicut eorum  
continuata memoria de perditis: iudas. Et hoc intel  
ligas cum recordatur homo de peccato ad contritio  
nem; non autem ad delectationem; alio modo potest  
tendi grauitas penes idem peccatum ex parte pecca  
ti ipsius; nam sicut dicit augustinus: sicut tribus gra  
dibus peruenitur ad peccatum scilicet suggestionem delecta  
tione et consensu; ita ipsius peccati tres sunt differe  
tie scilicet peccatum in corde; in opere; et in consuetudine;  
ita quod peccatum in opere est grauius quam in corde; sed gra  
uissimum est in consuetudine. Unde iste tres differentie  
peccatorum intelliguntur per tres mortuos quos cris  
tus legitur suscitasse; scilicet filiam archinagogi; filium ui  
due; et lasarum. puellam suscitauit in domo; ecce pec  
catum cogitationis; lasarum quatrduanum in monu  
mento; ecce peccatum consuetudinis. Puellam suscita  
uit tantum uerbo; puerum uerbo et motu; lasarum uer  
bo uerbo fletu et lacrimis ad ostendendum quod maior  
penitentia est imponenda pro peccato operationis quam  
pro peccato cogitationis; sed multo maior pro peccato

to consuetudinis. Alio modo potest attendi grauitas  
 inter diuersa peccata tamen q̄ sint eiusdem generis. sicut dicit Augustinus de peccatis luxurie / Adulterii  
 malum uincit fornicationem / uincitur ab incestu: pe  
 lus ē cum matre q̄cū aliena uxore cōcubere: sed horū  
 pessimum quod contra naturam fit. Potest attendi  
tercio grauitas in peccato et hoc inter diuersa pecca  
ta diuersorum generum / sicut dicit Augustinus q̄ gra  
 uius ē homicidium q̄ adulterium. xxxiii. q. ii. si quid  
 uerius; et uniuersaliter peccata que directe commissū  
 tur contra deum sicut idolatria heresis blasphemia et  
 similia sunt grauiora aliis; et de hoc magis dicetur  
 in tertia parte quando agetur de decem preceptis. U  
lo quomodo ē gradus in peccatis: uidendum ē quom  
modo se debet habere sacerdos circa impositionē pen  
nitentię. Circa quod sciendum q̄ cois sententię doc  
torum tenet / q̄ omnes penitentię sunt arbitrarie id ē  
 arbitrio sacerdotis taxande; et hoc cōsideratis crimi  
 nis qualitate et q̄ritate; iterum persone dignitate. ofa  
 ficio paupertate infirmitate siue debilitate: complexi  
 one siue consuetudine societate lacrimis deuotione re  
 ligionis regionis et temporis qualitate necnon et cō  
 nibus aliis circumstantiis supra positis. Unde leo pa  
pa tempora penitudinis habita moderatione consti  
tuenda sunt tuo iudicio prout diuersorū animos pro  
 spereris esse deuotos. Item in una synodo hoc sit posi  
 tum in iudicio eorum qui presunt uel q̄to tempore uel  
 quali modo penitere debeant qui delinquent xx septa  
 q̄ septima c hoc scit. Idem dicit Zheronimus de pe  
di i mensuram. Et autem magis particulariter sciant  
 simplices sacerdotes quomodo in impositione pena

tentiarū procedere debeant. notandum q̄ regulariter  
pro periurio adulterio: fornicatione: homicidio uolū-  
tario et ceteris crimibus capitalibus ē septēnis pe-  
nitentia imponenda: et hoc duplici ratione: una ē q̄  
deus precepit mariam sororem moysi lepra perfusa  
per quam intelligitur cuiuslibet peccati mortalis le-  
pra: septem diebus egredi extra castra et post emenda-  
tionem etiam redire omnino ad castra. hec ratio ponit̄  
tur. xxxiii. q. ii. hoc ipsum Et secundum hoc per dies  
intelligimus annum iuxta uerbum domini dicentis  
per prophetam Diem pro anno dedi tibi Alia ratio  
ē ut sicut per peccatum mortale peccator amittit gratiam  
formam gratiam spiritus sancti: ita per penitentiam  
septenneam recuperet. notandum autē q̄ licet ut dicit̄  
tū ē pro huiusmodi criminibus imponenda sit peni-  
tentia septennis: tamen magis uel minus aspera de-  
bet imponi: prout maioritas uel minoritas criminis  
p̄satis ceteris circumstantiis hoc exposcit: ut in sequen-  
tibus apparebit Sunt namq; plures casus pro qui-  
bus propter persone dignitatem uel peccati enormita-  
tatem imponitur maior penitentia: uel etiam ex uari-  
is causis minor. nam presbiter si fornicationem fecerit  
debet agere penitentiam decem annorum. secundū  
formam traditam distinctione lxxxi. presbiter. et ite-  
rū intelligunt quidam de simplici fornicatione Alii  
uero et forte uerius de incestu uel de adulterio: utpote  
quia cognouit consanguineam uel affinem uel con-  
iugatam Item presbiter si cognouit filiam spiritualem  
uel in confirmatione tenuit: debet agere penitentiam  
xii. annorum: et etiam debet deponi: et ipsa debet de

relinquere res suas pauperibus et in monasterio deo  
 usq3 ad mortem seruire. xxx. q. i. si quis sacerdos 31ē  
 qui cognouit mortalē dēt agere penitētiā decē ānorū  
 et ipsa similiter secundū formā positā. xx. sexta. q. i. de  
 filia deuota. matricida d3 penitēre decem annis secti  
 dum formam satis asperam positam. xxx. q. ii. latozē  
 Homicidi de iponitur grauior penitētia. xxxiii. q. ii. ad  
 mone: nota q̄ parentibus in quozū lectis iueniuntur  
 filii mortui: ille ex cuius culpa contingit si sit solutus  
 iduci d3 ut itret monasteriū eiusdē episcopatus ubi  
 pctā sua perpetua deplozet penitētia Si tamen non  
 pōt ad hoc propter carnis fragilitatez iduci: cōceden  
 da ē ei licentia cōtrahendi mrimoniū: iposita sibi gra  
 ui penitētia ī seculo remanenti Similiter nō d3 in  
 gredi mōasteriū ī aliis duobus casibus: quozū unus  
 ē: si alter cōiugū uiuit nisi forte cōiunx uellet similiter  
 ingredi Alius casus ē si habeat filios paruos a qui  
 bus nō pōt recedere nisi aliquis tēmens deum sine sul  
 pectione filios educar3 Si nescienter at istud accide  
 rit puta qz negligenter collocauerat sectū i lecto et in  
 mane inuenit eū extinctū d3 agere penitētiā ut dicūt  
 aliqui doctores triū ānorū quozū unus sit in pane et  
 q̄ extra de his qui filios occiderūt c i et ii et iii et q  
 i cōsulisti pro hōicidīo casuali iponenda est peni  
 tentia quiq3 ānorū quādo culpa precedit casum alias  
 nulla nisi forte ad cautelā l di his uero et duobus ca  
 sequenti bus Et credo q̄ idem iudiciū est in homici  
 dio necessario De ista tamen materia usde in terciā  
 parte tractatu de decem preceptis De uicio sodomit  
 tico q̄ sit detestabile p3 per Augul dicentem q̄ lōge  
 māius crimen ē q̄ cognoscere matres p3 etiā per per  
 ri



naz sodomitis inflata qui igne et sulphure de celo mis-  
sis perierunt Istud etiā peccatū clamat spāliter uino  
dictam ad dominū Unde i genesi dicit deus Clamor  
sodomorū et gomorreorū uenit ad me. qz ut ait Augu-  
stus. per istud pctūz uiolatur societas q nobis dat esse  
cū deo cū eadē natura cuius ipse ē auctor libidie per-  
uersitate polluitur. xxxii. q. sep. flagitia De isto pctō  
ēt dicit idē Augustus. Videns deus i hūana natura tā  
nephās cōtra naturā fieri fere desit incarnari et i fi-  
nita mala de isto nephādo crimie pūt dici Est enim  
tante maledictionis q nō solū actus s et iā ipsa pro-  
latio os loquētis aures audientū ipsaqz quodāmo-  
polluit elementa Et istud male cogitāt hispani pueri  
enim in cannabulis existentes. et etiā mulieres ueracu-  
dia muliebrī postposita: illud nephandū et execrabi-  
le uerbū quod castellanū nomināt omnibus suis uer-  
bis immiscēt ex quo ut dictū ē os loquētis aures au-  
dientū ipsa etiā elemēta polluitur Unde labia talū  
cum ferro candenti deberent cauterisari unde credo q  
pro hōi nephandissimo crimie grauissā penitētia  
ē iniungenda. multa alia crimina ponuntur in diuersis.  
c. in corpore decretorū pro quibus ē maior penitē-  
tia q septēnis iponenda: q omīto hīc quia talia  
de iure et cōsuetudine reseruātur iudicio episcopus  
quos credo talia iura melius me scire. tamē ē qz i di-  
cicio sacerdotū taxādas: pē satis cōtritione et cōfite-  
ne pctōrū et oībus aliis circūstantiis unde tāta possi-  
eē cōtritio cōfiteētis q pro maximo pctō eēt ei modica  
imo nulla penitētia iponenda sicut fecit dominus  
Clemens quartus: qui dū quadā die equitaret per ro-

mam quedam mulier que de remotis partibus ue-  
 nerat accessit ad eum portans unum puerum in bra-  
 chijs: et uoce magna cum lacrimis clamabat pater  
 sancte miserere mei peccatrici: et da michi peniten-  
 tiam: quia habui istum puerum quem porto a filio meo  
 et papa coram omnibus absoluit eam imposuitq; ei  
 penitentiam q; ieiunaret ferias sextas per annum in  
 pane et aqua: et mulier recedens et reuolvens secum  
 grauitatem peccati et paruitate penitentie credidit q;  
 papa non bene intellexisset eam: et in crastinum accessit  
 ad papam equitante et confessam e sicut prius et papa ab-  
 soluit eam imposita penitentia q; diceret tria pater nos-  
 ter. mulier itaq; recedens ut prius peccatum et penitentiam  
 reuolvens iterato ad papam rediit: et coram omnibus ut prius  
 fecerat confessam e quam papa absoluit imponens sibi q;  
 diceret unum pater noster. et cum interrogaret quare ita  
 modicam penitentiam imponeret ei Respondit Plus ascendit do-  
 lor et uerecundia quam passa e in confitendo ita pub-  
 lifice peccatum suum q; si omnibus diebus uite sue ieiuna-  
 ret in pane et aqua Exemplo ergo isto confessor in im-  
 positione penitentiae debet attendere ad uerecundias  
 confitentis: et secundum quod uiderit maiorem uel minorem  
 penitentiam notandus tamen q; pro peccato ubi facienda  
 est renunciatio: sicut in simonia uel restitutio sicut in  
 furto rapina depredatione incendio usura fraudulenta  
 et dolosa negotiatione ludo secundum distinctionem  
 supra positam debet primo imponi q; renunciet et res-  
 tituat sibi si potest: et si non potest restituere habeat animum  
 restituendi: et doleat q; non potest restituere: et pro-  
 mitterat q; si deus det sibi de quo q; restituet: alias

non absoluatur nec penitentiā imponatur: notandū ē  
q̄ sacerdos semper d̄z iūgere penitentiā per cōtra-  
riū correspondentes ipsi pctō Superbo orōnē. auaro  
elemosinā: luxurioso abstinentiā et si uideatur expe-  
dire peregrinationes ut sic maceretur caro et refrene-  
tur et nō reficietur ad delectationem ex memoria fac-  
ti uel aspectu persone uel loci cū qua et in q̄no pecca-  
tum ē perpetratū. lxxi. di. uale. x. quita. q̄ mulier: no-  
tādū ē q̄ dēt cauere sacerdos q̄ nō imponat penitentiā  
seruo: per quā fiat p̄iudiciū domino: nec discipulo  
per quā fiat p̄iudiciū mgrō: nec ecōuerso et istud  
potissime caueat circa uirū et uxorē: q̄ nō imponat p̄i-  
tentiā unī per quā fiat p̄iudiciū alteri Sz ponatur  
aliquis peccator confitetur: penitet de pctis suis: uel  
dicit se penitere: nō tamē uult subire onus penitenti-  
e dicens se delicatum uel infirmū uel male cōplexiona-  
tū uel similia: quid fiet de istio Dico q̄si dicat se pe-  
nitere pro peccatis et proponat de cetero se abstinere  
tamē allegās fragilitatē recusat satisfactionis aspe-  
ritatē: dēt sacerdos ipsum inducere ut habeat animū  
paratum ad omnem satisfactionem portandam: osten-  
dendo sibi magnitudinem peccatorum suorum et q̄ta  
ta bona amisit per peccata ista que omnia recuperat  
bit per penitentiā: ostendendo etiā que et q̄ta sus-  
tinuit cr̄stus pro peccatis nostris qui tamē summe  
erat delicatus quot et q̄ta sustinuerunt sancti maria  
res uirgines tenere et delicate a pctis imunes q̄ta era-  
go penitentiā debetur t̄tis et talibus pctis q̄ tu cōm-  
sisti et multa alia dēt ostendere sibi Et si cum istis o-  
nibus nō pōt eū inducere imponat ei talē p̄itentiā q̄ ueri-  
similiter credat eum portare posse Et ad hoc inuitat

uos exemplum crisi qui nunq̄ gravem penitentiam  
 imposuisse legitur: nisi uade et noli amplius peccare  
 Unde Johannes crisol. super illum locum Alligant  
 onera graua etc. dicit sic Si erramus modicam pe  
 tentiaz imponentes nonne melius ē propter misericor  
 dia rationem dare: q̄ propter nimiam crudelitatem  
 succubere penitentem. xx. sexta. q. sep. alligat. Augus.  
 Si non potest gaudere sacerdos de oimoda pctōris  
 purgatione: gaudeat saltem q̄ liberatū a gebenna mis  
 rit ad purgatoriu Ex quo pz q̄ si penitentia iposita  
 a sacerdote nō ē cōdigna: cōplebitur i purgatorio Ite  
 rum pone aliquis confiteatur pctā sua. tamen nō uult  
 abstinere ab eis. uel uult abstinere ab uno et non ab  
 alio: nunquid talis ē admittendus ad penitentia Di  
 co q̄ confessor dz cōfessionem istius recipere: non ta  
 men dz absolueret: s̄ dz sibi de pctis cōfessis salubri  
 us consilium quod poterit exhibere et consulere q̄ fa  
 ciat aliquam penitentiam pro pctis suis et iducere  
 eum ad bonum q̄tum poterit Et omnia bona que de  
 consilio sacerdotis iste faciet q̄tumcunqz poterit in  
 forma. i. sine caritate facta quauis non ualeant sibi di  
 recte ad uitam eternam obtinendam tamen ualebunt  
 sibi ad quatuor uel ad aliquod ipsorum: primo ad ex  
 tremi iudicii supplicium tolerabilius subeunduz de  
 pe. di. i. si quis at nō hēns caritatē Secundo ad rem  
 poralem prosperitatē obtinendā de pe. di. iiii. cauēdū  
 lxxi. q. ii. s̄ quelibz: tercio ad hoc ut citius illustretur  
 cor eius ad penitentiā de pe. di. iiii. falsas in fine Quar  
 to quia diabolus nō pōt sibi tantū nocere: sicut pz de  
 iudeo de quo narrat gregorius in dialogo q̄ qz se sig  
 nauerat dēones non potuerūt ei nocere Ex dictis pz

r. iiii

¶ ad hoc ¶ penitētia sit satisfactoria et meritoria oꝝ  
¶ sit facta in caritate. i. ¶ ille qui facit sit sine pecca  
to mortali Sed pone alicui penitenti fuit iniuncta pe  
nitentia et ante q̄ cōpleat labitur i peccatū mortale: et  
existens in isto pctō cōplet penitētiā iniunctā: postea  
redit ad statum gratie: ualet ista penitētia: uel tētur eā  
iterare Ad hoc dicit thomas in quarto suo: ¶ quedā  
sunt opera satisfactoria: quozū effectus manet postq̄  
ipsa sunt facta: sicut postq̄ facta ē elemosia adhuc ma  
net eius effectus. s. dīminutio substantie temporalis  
dātis Similiter postq̄ aliquis ieiunauit remanet ef  
fectus ieiunij qui ē debilitas corporis ieiunātis Et  
talīa quīs sint mortali pctō facta: nō tamē oꝝ ¶ iterē  
tur Alia sunt opera satisfactoria: que postq̄ facta sunt  
nichil remanet de his: sicut ē oratio: et ideo si fiant in  
peccato mortali: oportet ¶ iterentur: unde si alicui fu  
it iniuncta penitētia ¶ dicat centū pater noster: si di  
cat in peccato mortali non complet penitētiā suā  
imo oꝝ ¶ existens in grā iteret illa centū: secus ē de e  
lemosia ieiunio ut dictū ē Et circa hoc sciendū ¶ ope  
ra perfecta in caritate mortificātur per sequens pecca  
tum mortale: et uiuificantur postea per ueram penitē  
tiam si sequatur Sed illa que nunq̄ fuerunt uiuifica  
illa que fuerunt facta in peccato mortali nunquā poss  
sunt uiuificari

¶ Atrum unus possit satisfacere pro alio *Co. sextū*  
¶ Anc restat uidere utrū unus possit pro alio sa  
tisfacere Circa quod sciendū: ¶ iste pro quo alia  
us satisfacit: aut ē uiuus aut ē mortuus Si sit  
uiuus aut ipse pōt per se satisfacere aut nō pōt Si  
pōt dico ¶ unus pro alio nō pōt satisfacere Et rō q̄

mouet ad hoc est ista Equitas enim diuine iusticie exis-  
 git: ut qui peccat satisfaciatur ut supponitur: ergo oportet  
 ipse per se satisfaciatur Si autem non potest per se satisfacere  
 tunc dico quod alius potest pro eo: sed ad hoc requiruntur  
 multa quedam ex parte illius qui satisfaciatur quedam  
 ex parte utriusque: quedam ex parte operis satisfactoris  
 rii Ex parte illius qui satisfaciatur requiruntur propinqui-  
 tas sanguinis. scilicet quod ille qui satisfaciatur sit obligatus pro  
 propinquitate sanguinis illi pro quo satisfaciatur: sicut cre-  
 do quod si pater esset impotens ad satisfaciendum filius  
 posset ceteris concurrentibus satisfacere pro patre Ratio est quod  
 et pater et filius sunt quasi una persona Ex parte illius  
 pro quo satisfaciatur requiruntur necessitas. scilicet quod indigeat  
 et etiam impossibilitas. scilicet quod non possit satisfacere per  
 se Ex parte utriusque requiruntur caritas. scilicet quod uterque sit in  
 caritate: quia caritas est radix merendi: et sine ipsa nul-  
 lum opus est satisfactorium Ex parte operis requiritur  
 maioritas. scilicet quod ille qui satisfaciatur pro alio plus fa-  
 ceret quam ille pro quo satisfaciatur Sicut si ille pro  
 quo satisfaciatur esset obligatus ad ieiunandum unam se-  
 ptimam feriam non sufficeret quod ille qui satisfaceret pro  
 eo ieiunaret illam feriam septimam: immo deberet am-  
 plius ieiunare. credo etiam quod requiruntur quod fiat auto-  
 ritate superioris Si autem ille pro quo satisfaciatur sit  
 mortuus: tunc autem est in paradiso: et tunc non indiget ut  
 aliquis pro eo satisfaciatur: quia ut dicit augustinus in  
 In iuriam facit martiri qui orat pro martire: quod in-  
 telligendum est de quolibet existente in paradiso: ut ex-  
 presse dicitur de celebratione missarum capitulo cuius  
 marthe Aut ipse est in limbo inferni et tunc

secundum communem opinionem omnium theolo-  
gorum. nichil quod fiat pro eo proficit sibi In infer-  
no enim nulla e redemptio Aut e in purgatorio: et tunc  
pōt satisfieri pro eo a uiuis: et ita dicit augus. i libro  
de agenda cura mortuorum ubi dicit sic. non extime-  
mus ad mortuos pro quibus curam gerimus perue-  
nire: nisi q̄ pro eis siue altaris siue elemosinaruz si-  
ue orationum sacrificiis supplicatur. xii. q. ii. non ce-  
timemus: et gre. xiii. q. ii. Anime defunctorum quatuor  
or modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotū: aut  
orationibus sanctorum: aut carorum elemosinis: aut  
ieiuniis cognatorum: licet autem de penitentiā multa  
alia essent dicenda: hec que dicta sunt breuitatis ca-  
sufficiant propter operis imperfectionem ueniā pos-  
tulans a lectore: ut que corrigenda uiderit: et addenda  
non inuidendi animo sed benigno corrigat.

Incipit tertia pars huius opusculi et cōtinet. iiii. c.  
mnum dominus et magister cristus deus  
de mūdo ascensurus ad prēz: discipulos quō  
se hērent ad fideles quos suo redimerat sa-  
guine instruens dixit Eūtes docete omnes  
gentes In quo rectores ecclesiarum discipulis succe-  
dentes instruxit et monuit: ut sibi subditos doctrina  
sana et salutifera informarent: quod in lege ueteri pul-  
errime extitit figuratum: ubi legitur q̄ in rationali  
iudicio quod legalis sacerdos gerebat i pectore: doc-  
trina et ueritas erant sculpta In qua re dabatur intel-  
ligi: q̄ euangelici sacerdotes ueritatis doctrinā dēnt  
in se gerere: et eam suis subditis nunciare Alioquin  
ue eternā maledictionez incurrunt Sic eis per Isaiā  
dominus commiatur dicens Venobis canes muti nō

ualentes latrare. merito enim rector ecclesiasticus ca-  
 nis dicitur: quia latratu predicationis et doctrine euā-  
 gelice lupos id ē demones arcere debz a grege domi-  
 nit: et dormientes in peccatis animas excitare: s; tūc  
 murus efficitur dum uel desidia torpet uel ex ignorā-  
 tia tacet: et ideo merito a domo reprobat: qua ex-  
 re sumopere laborare debet: et solerti animo uigilare  
 ne diuine scientie ignarus existat quinimmo tantū de-  
 ea scire tenetur: q; sciat suum officium debite exequi et  
 sibi commissum populum informare Et hoc q̄tū ad  
 ea que ipse populus debet scire: que quo ad nunc pos-  
 sunt reduci ad quinq; uidelicet ad credenda: ad peten-  
 da: ad facienda: ad fugienda: et etiam ad speranda De-  
 bet ergo rector ecclesiasticus sibi subditos instruere  
 quid credendum: quid petendum: quid faciendum sit  
 et etiam quid sperandum Primum continetur in arti-  
 culis fidei: secundum in petitione dominice orationis  
 tertium et quartum in preceptis decalogi: quintuz in  
 dotibus glorie paradisi Et de istis in ista tertia par-  
 ticula ē agendum: et secunduz hoc ista tertia particu-  
 la in quatuor partes diuiditur Capitulum primū de  
 articulis fidei Capitulum secunduz de petitionibus  
 orationis dominice Capitulum tertium de preceptis  
 Capitulum quartum de dotibus beatorum

De articulis fidei:

Ca. I

Este apostolo Sine fide impossibile ē placere  
 deo: fides enim ē fundamentum omnium bono-  
 norum operum: sine qua omnis edificatio con-  
 structa deficit atq; cadit Ista autem in articulis fidei  
 completissime continetur: qui articuli omnes in sim-  
 bolo colliguntur. notandum tamē quatuor esse simbo-



la: que licet in uerbis uariis sint uaria: tamen in sensu et sententia sunt unum Primum uocatur symbolum apostolorum: in illud Credo quod dicitur in cōpletorio et in priua: et uocatur apostolorum quia apostoli recepta spiritus sancti gratia illud cōposuerunt et ex hoc uocatur symbolum quod dicitur de singulis et uolunt quilibet apostolorum appositum suum uolunt Unde Petrus incipit Credo in deum patrem omnipotentem et ceteri apostoli fuerunt reliqua profecerunt Secundum uocatur symbolum nicenum: quia sancti patres illud in nicena synodo composuerunt: et illud catur in missa: sicut dicitur fuit parte priua tractatu de eucharistia: ceterum tertium uocatur symbolum athanasium: quia sanctus athanasius illud composuit Et istud dicitur in prima: scilicet Quicumque uult etc. Quartum uocari potest symbolum innocentianum siue lateranense: quia compositum fuit sub innocēto in cōsilio lateranensi et illud ponitur extra de summa trinitate et fide catholica. firmiter credimus Et sicut in quatuor euangelistis tota ueritas doctrine et fidei cristiane comprehenditur ita in istis quatuor symbolis omnes articuli fidei continentur. et sicut omnium euangeliorum doctrina est una ita omnium istorum quatuor symbolorum est una sententia: atque una fides ut sic secundum uisiones Ezechielis rota sit in medio rote. materia ergo istorum symbolorum sunt articuli fidei qui quidem articuli fidei ab aliquibus dicuntur esse. xii. ab aliquibus: xiiii. Illi qui dicunt esse duodecim distinguunt eos penes numerum duodecim apostolorum qui symbolum ut dictum est composuerunt et fidem catholicam predicauerunt et ecclesiam romanam fundauerunt Illi qui dicunt eos esse xiiii. distinguunt eos penes materiam de qua sunt

Cum ergo materia de q̄ sunt articuli fidei sit diuini-  
 tas et humanitas cristi qz domus noster ihesus cris-  
 tus uerus deus et homo ē secundum ergo istos septē  
 articuli sunt pertinentes ad diuinitatem et septē per-  
 tinentes ad humanitatem Articuli pertinētes ad di-  
 uinitatem distinguuntur sic quia unus scripsit essentia  
 tres respiciunt personam: et tres opera personarū Il-  
 le qui respicit essentiam ē credere in deum trinum et  
 unum: unum quidem in essentia et trinum in perso-  
 nis Et contra istum articulum errauit manicheus q̄  
 posuit duos deos: unum bonum et alterum malū Et  
 propter hoc cum in simbolo apostolorū diceretur so-  
 lum Credo in deum In simbolo niceno fuit additus  
 Credo in unum deum Et de isto articulo dicitur i si-  
 bolo athanasii. fides catholica hec ē ut unum deum i  
 trinitate: et trinitatem in unitate uenerentur quasi di-  
 cat. credimus deum unum esse in essentia et trinū i per-  
 sonis Articuli pertinentes ad personas sunt tres p̄tri-  
 mus ē credere i personā patris: et de isto dicitur i utro-  
 qz simbolo. patrem omnipotentem: ita qz pater ē pri-  
 ma persona in trinitate non quidem prioritate nature  
 uel temporis. sed solum prioritate originis quia per-  
 sona patris a nullo originatur. sed alie persone origi-  
 nantur ab ea: et istud tangitur in simbolo athanasii  
 cum dicitur pater a nullo ē factus nec creatus nec geni-  
 tus Secundus articulus de illis que pertinent ad per-  
 sonas ē credere in personam filii. et de isto dicitur in  
 simbolo: et in ihesum cristum filium eius unicum. ita  
 qz debemus credere qz persona filii nō fit nec creator  
 nec generatur a patre Et hoc tangitur cum dicitur  
 in simbolo athanasii cum dicitur ibi. filius a patre

solo ē non factus nec creatus s; genitus et contra istū  
articulum errauit Arius: qui dixit filius eē creatu  
rā et minorē patre Jō cōtra errorem Arii fuit ad  
ditum in simbolo niceno Deū de deo lumē de lumie  
deū uerū de deo uero genitū nō factū cōsubstantialē  
pā. s; enī filius i q̄tū hō sit mior p̄r: tamē i q̄tū de  
us ē eq̄lis p̄r Ita dicit atha. Eq̄lis p̄r secūdu diu  
nitates: mior p̄r secūdu hūanitates. fuerūt aliq̄ her  
etici q̄ dixerūt filiū eē genitū a p̄r ex tempore et non  
fuisse ab eterno et cōtra istū errorem fuit additū i sim  
bolo niceno: et ex patre natū āte oīa secula: tercius ar  
ticulus de illis q̄ pertinet ad personas ē credere i per  
sonā spūs sci et de isto articulo dicitur i simbolo aplō  
rū Et credo in spūz sanctū Ita q̄ debemus spūz sanc  
tū credere esse uerū deū a patre et filio procedentem  
Ita dicit athanasius dicens Spūs scūs a patre et fi  
lio nō scūs nec creatus nec genitus s; procedens Et  
contra istū articulū errāt greci dicentes spūz scūs pro  
cedere a solo patre Unde cōtra errorem eorū addidit  
rōana eccia i simbolo niceno dicens Qui a patre fili  
oq; procedit: fuerūt etiā aliqui heretici qui dixerunt  
spūz scūs esse creaturā et nō deū. et cōtra errorem isto  
rū fuit additū i simbolo niceno Qui cū patre et filio  
simul adoratur etc: nulla enim creatura d; adorari  
equali adoratione cū deo Contra istos tres articulos  
errauit Sabellius q̄ posuit cōfusionē personarū dicens  
q̄ eadē persōa quq; erat pater: quq; erat filius quan  
doq; spūs factus: Cōtra quē dixit athanasius Alia ē  
persōa p̄ris: alia filii: alia spūs sancti: uide ē sciēdu q̄  
una persona est alia ab altera nō tū ē aliud tū de ista ē  
vera: pater ē alius a filio: sed ista ē omnino falsa et

beretica Pater ē aliud a filio: quia hoc quod dico ali  
 us dicit diuersitatem in persona sed hoc quod dico ali  
 ud dicit diuersitatē in essentia Alii tres articuli per  
 tinent ad opera trinitatis: quorum quidam pertinēt  
 ad opera nature: uidelicet ad opera creationis: et de  
 hoc ē unus articulus q̄ debemus credere deū eē crea  
 torem omnium creaturarum et de isto dicitur in sim  
 bolo apostolorum Creatores celi et terre Et contra is  
 tum articulu errauit māicheus: qui dixit q̄ deus bo  
 nus creauit res inuisibiles: sed deus malus creauit  
 res uisibiles: unde contra errorem suum fuit additū  
 in simbolo niceno Visibilitum omnium et inuisibilitū  
 notandum etiam q̄ in simbolo apostolorū dicitur crea  
 torem In simbolo autem niceno dicitur factorē et rō  
 ē qz drā ē iter facere et creare. qz creare ē aliquid ex ni  
 chilo producere: facere ē producere aliquid ex aliquo  
 Quia ergo deus in principio creauit materiā tā celest  
 iū q̄ terrestriū. ex q̄ postea fecit alia: id dicitur crea  
 tozē qz uero postea ex illa materia fecit alias creatu  
 ras id dicitur fetōzē Operū et deo: quedā pertinēt ad  
 opus gr̄e: uidelicet opus iustificationis et de hoc ē u  
 nus articulus: s̄ q̄ dēmus credere q̄ per gr̄as dei remit  
 titur pctā fidelibus unitis i unitate fidei eccie catho  
 lice. et hoc dicitur in simbolo apostolorum Sanctam  
 ecclesiam catholicam: id ē uniuersalem sanctorū cō  
 munionem: remissionem peccatorum: et in isto articu  
 lo cōprehēduntur oīa sacra eccie: quicquid sacrosacā  
 romana eccia de baptismo et eucharistia et aliis scri  
 ptis eccie. i quibus fideles sibi iuicē cōicāt et per q̄ fit pec  
 catorū remissio. credit predicat et docet eē credēdū et  
 cōtra istū articulu errauit Pelagius q̄ posuit q̄ per ac

tum solum liberi arbitrii absq; gratia dei poterat ha-  
berī remissio peccatorum. Contra etiam istum articu-  
lum erant iacobite nicholaite et omnes iudei et here-  
tici et saraceni et quicūq; de baptismo et eucharistia  
et aliis sacramentis credūt aliter q̄ scā romana eccle-  
lesia. Contra istum articulum etiam erāt specialiter  
greci qui negant sacrosanctam ecclesiam romanā: et  
caput et magistrā omnium ecclesiarum. Unde cōtra  
istū errorem fuit additū in simbolo niceno aplicā ecclesiaz.  
**C**ontra errorem donati qui posuit baptisimū debere ite-  
rari. fuit additū in simbolo niceno Confiteor unū bap-  
tisma Operum etiā dei quedā pertinent ad opus glo-  
rie et glorificationis. et de hoc ē unus articulus iudeo-  
licz q̄ credimus oēs resurrecturos tā bonos q̄ malos  
et bonos esse premiādos: et malos puniēdos: et de ist-  
to dicitur in simbolo aplōrū Carnis resurrectionem  
et uitā eternā: et in simbolo niceno Expecto resurrecti-  
onem mortuorum et uitam seculi amen: et in simbolo  
athanasii Ad cuius aduentū omnes hoīes resurgere  
habent cū corporibus suis: et reddaturi sunt de factis  
suis rationem. Et qui bōa egerūt in uitā eternā q̄  
uero mala in igne eternū. Isti ergo sunt articuli fidei  
**P**ertinentes ad diuinitatem Alii septem sunt pertinen-  
tes ad humanitatem. Primus ē de cōceptiōe filii dei  
credere. scilicet q̄ filius dei fuit cōceptus in utero beate uir-  
ginis uirtute spūs sancti: et de hoc dicitur in simbolo a-  
postolorū. q̄ cōceptus ē de spū sancto: et in simbolo nice-  
no q̄ propter nos et nostrā salutē descendit de celis et  
in carnatus ē de spū sancto. Cōtra istū articulū errauit  
manicheus dicens dei filiū nō uerā carnem: s; fantā-  
ticā assumpsisse: et cōtra istuz errorem dicitur in simbolo

atanasii. perfectus deus perfectus homo ex anima rō  
 nali et humana carne subsistens. Secundus articulus  
 de his que pertinent ad humanitatem ē de natiuitate  
 q̄ credimus dei filium ab eterno natum a patre ex tē  
 pore natum ex maria uirgine que uirgo extitit et an  
 te partum et in partu et post partum. et de isto articulo  
 dicitur in utroq; simbolo: natus ex maria uirgine.  
Articulus tertius pertinens ad humanitatem ē. s. de  
 passione q̄ credimus dei filium pro salute nostra pas  
 sum crucifixum et mortuum et sepultum. et hoc quan  
 tum ad naturam humanam: quia natura diuina ni  
 bil patiebatur et de isto articulo dicitur i utroq; sim  
 bolo. Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus et  
sepultus. Quartus articulus ad humanitatem perti  
 nens ē de descensu ad inferos. s. q̄ credimus q̄ anima  
 cristī que morte separata fuit a corpore unita deitati  
 corpore et diuitati unito remanente i sepulchro: descē  
 dit ad limbū sanctorū patrum que ē quedā pars infer  
 ni. et sanctos patres qui i fide de cristo incarnādo et in  
 caritate decesserāt ide liberauit pctōzibus remanent  
 bus i inferno dānatorū. Et de isto articulo dicitur in u  
 troq; simbolo. Descendit ad inferos. Quintus articu  
lus pertinens ad humanitatem ē de resurrectione. s. q̄  
 credimus dei filium resurrexisse a mortuis tertia die  
 secundum quod scripture prophetarum predixerant  
 Et de isto articulo dicitur in simbolo. tertia die resur  
 rexit a mortuis. notandum aut̄ q̄ cristus non fuit in  
 sepulchro nisi .xl. horis: sed dicitur ibi fuisse tribus die  
 bus quod secunduz Augustinum intelligēdū ē per si  
 nodocē. iude ipse fuit ibi per ultimā partē diei uenerit  
 q̄ i cōpletorio diei fuit positus i sepulchro et fuit ibi

per totum diem sabbati et per primam partem diei  
dominice quia in auroza resurrexit. Sextus articulus  
ad humilitatem pertinens e. de ascensu ad celos cre-  
dere. scz q. xl. die a resurrectione sua cristus cum mag-  
na comitiva angelorum. et animarum sanctorum pas-  
trum quas ab inferno abstraxerat. ascendit ad celos  
et sedit ad dexteram patris: et de isto dicitur in sym-  
bolo ascendit ad celos sedet ad dexteraz patris omni-  
potentis. Septimus articulus e de aduentu ad iudis-  
cium Et de isto articulo dicitur in simbolo Inde uen-  
turus e iudi etc Isti sunt. xliii. articuli fidei quoz  
septem pertinent ad diuinitatem dei: et septem ad hu-  
manitatem cristi. Et istos articulos debent sacerdos  
tes subditos suos edocere. et maxime illos qui perti-  
nent ad humanitatem: et potissime illos de quibus ec-  
clesia solemnizat. sicut e articulus de conceptione de  
quo scilicet fit festum in annunciatione beate marie  
uirgiset articulus de natiuitate cristi. articulus de pas-  
sione de quo fit festu i parasceue: articulus de ascen-  
sione domini. Istos eni articulos qui libz fidelis post  
uenit ad annos discretionis tenetur scire explicito. Et  
de istis articulis ad humanitatem pertinentibus ha-  
bentur uersus: nascitur abluatur patitur descendit ad i-  
ma Surgit et ascendit ueni discernere cuncta. hec e fi-  
des catholica quam corde credo: ore confiteor in qua  
fide uolo uiuere et mori. protestans me in omnibus crea-  
dere sicut sacrosancta ecclesia credit: et si quid minus  
bene dixi totum reuoco et habeatur pro non dicto

De petitionibus dominice orationis Capitu-  
lum secundum

**M**odum et formam orandi saluator tradens discipulis dixit Cum oratis dicite Pater noster qui es in celis etc. Circa quod notandum quod ista oratio excellit omnes alias orationes in multis rationibus. Primo quia ipse magister qui eam composuit qui fuit christus uerus deus et uerus homo in quo omnes thesauri sapientie et scientie dei sunt absconditi. Quam ergo magister qui eam composuit excellit omnes alios magistros: tanto ista oratio excellit omnes alias orationes: unde uocatur ista oratio dominica: quia dominus dominanti eam composuit et ordinauit. Secundo excellit alias orationes ratione forme: est enim oratio breuissima: quia nemo potest dicere quod ratione sue prolixitatis si bene generet tedium uel fastidium. notandum tamen quod licet ut dictum est sit ista breuis in uerbis. est tamen profunda in sensu: et ad impetrandum efficacissima. Unde de ea dicit sapiens. breuis oratio penetrat celum. Excellit tertio omnes alias orationes ratione materie de qua est. In ipsa enim continetur omnia necessaria tam in ista quam in alia. Unde notandum quod saluator in oratione sic procedit quod primo docet captare dei beniuolentiam. Secundo docet orandi modum et formam. Primum facit cum dicit pater noster etc. Secundum facit cum dicit Adueniat regnum tuum etc. Circa primum duo facit. primo docet nos captare dei beniuolentiam. Secundo docet nos optare orationis efficaciam cum dicit sanctificetur nomen tuum. Dicit ergo pater noster qui es in celis sibi primo confitemur deum esse omnium rerum principium quia pater. Secundo allegamus nostrum prouilegium quia dicimus noster. Et legamus et nominus nomen eius proprium sibi qui es. Quarto assignamus sibi certum domicilium in celis. Dicitur ergo pater noster etc. Ubi sciendum secundum



¶ dicit ebrardus pater accipitur quinque modis: quia  
primo modo dicitur pater ratione cure: alio modo genitus  
re: alio modo ratione etatis: alio modo ratione honoris  
alio modo ratione creationis. **I**stis quinque modis deus  
est pater omnium. **P**rimo ratione cure. Ita dicit paulus  
Omnem sollicitudinem uestram ponentes in deum quo  
niam ipsi est cura de omnibus. **E**t ipsemet christus dis  
cit in math. nolite solliciti esse dicentes quid manduca  
bimus aut bibemus: aut quo operiemur: scit enim pa  
ter uester celestis quia his omnibus indigetis. **S**ecundo  
de deus est pater omnium ratione geniture. **U**nde de  
eo dicit apostolus Voluntarie genuit nos uerbo uer  
ritatis: ut scimus in incipitum aliquid creature eius. **U**n  
de quilibet potest dicere illud ps. Dominus dixit ad me  
filius meus est tu ego hodie genui te. **E**t de quolibet de  
us dicit illud quod dicitur in regum. **E**cce ero illi in pa  
trem et ipse erit michi in filium. **D**eus est pater tercio  
ratione antiquitatis: unde de eo dicit Daniel Antia  
quus dierum sedit. et libri uidelicet conscientiarum  
aperiti sunt coram eo. **U**nde omnes possumus dicere  
quod dicit apostolus unum patrem habemus deum.  
**Q**uarto deus est pater omnium ratione honoris: quia de  
um debemus honorare speciali honore et reuerentia  
que a doctoribus dicitur patri: qui honor nulli creat  
ture debet exhiberi. **U**nde quilibet debet dicere illud  
quod dicitur in math. **C**onfitebor tibi domine deus pa  
ter celi et terre. Ita quod confiteri tibi idem est quod laudare  
siue honorare. **Q**uinto deus est pater omnium ratione  
creationis: unde moyses. **N**unquid non ipse est pater tua  
us qui possedit fecit et creauit te: unde ex hoc quod dicit  
mus pater habemus fiduciam illud quod in isto or

ratione petimus obtinendi. Unde possumus arguere  
 sic. Pater dat filio illud quod petit ab eo totū: si illud  
 quod petit sit iustum et filio necessarium. Bed deus  
 ē pater omnium et illud quod petimus in ista orōne  
 ē iustissimum et ualde necessarium nobis: quare fiducia  
 habemus quod deus totum dabit uobis. Et fundatur  
 ista ratio super uerbum saluatoris in luca ubi  
 dicit sic. Si uos cum scitis mali nostis bona data da  
 re filiis uestris: quanto magis pater uester celestis da  
 bit uobis spiritum bonum petentibus se: quasi dices  
 et q̄ immo dabit. Secundo in oratione ista allega  
 mus nostrum priuilegium: cum dicimus noster. Abi  
 notādū q̄ quīs ut dictū ē deus sit pater oīz illis qui  
 q̄ mōis: tamē nostrū q̄ sumus regenerati ūda baptis  
 mali: et spāliter pater. Unde nos baptizati et regenera  
 ti ī cristo possumus dicere: pater noster: ūde ipse ē pa  
 ter noster: qz sumus liberati ab eo misericordius: ad  
 optati spāluis: educati nobilius: informati salubrius.  
Dico q̄ deus spāliter ē pater noster qz nos cristiani  
 sumus ab eo redēpti misericordius. Unde nos possu  
 mus dicere illud quod dicitur in apo. Redemisti nos  
 deus in sanguine tuo. De qua redēptione dicit beatus  
 Petrus. nō ex corruptibilibus auro uel argēto redēpti  
 ti estis de uana uestra cōuersatione: s̄z precioso sangui  
 ne agni imaculati dōini nr̄i ihesu cristi. Secūdo dī  
 co q̄ deus ē spāliter pater noster: qz nos cristiani su  
 mus ab eo adoptati spāluis. Et de hoc dicit apol. m̄  
 sit deus spūz filii sui in corda nr̄a: in quo clamamus  
 abba pater: ut adoptati dem filioꝝ dei reciperemus.  
Dico tercio q̄ deus ē pater noster: qz nos cristiani su  
 mus ab eo educati nobilius. In sacro enī eucharistie

pascit nos deus corpore et sanguine cristi Ita dicit ipse  
semet in iohanne dicens Caro mea uere est cibus et san-  
guis meus uere est potus De isto cibo dicit ps. Panem  
angelorum manducauit homo De quo pane dixit cristus Qui  
manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum Unde ec-  
clesia recognoscens tantum beneficium in uocem gra-  
tiarum actionum prorumpit dicens O quam suauis est do-  
mine spiritus sanctus qui ut dulcedinem tuam in fili-  
os demonstrares pane suauissimo prescito de celo  
esurientes humiles repleas bonis fastidiosos diu-  
tes dimittens inanes Quarto dico quod deus est specialiter  
pater noster: quia nos christiani sumus ab eo informati  
salubrius et hoc per doctrinam euangelicam: quam sola doc-  
trina est salutifera: et istam doctrinam petebat Dauid  
cum dicebat. bonitatem et disciplinam et scientiam do-  
ce me Et de ista disciplina dicit sapiens Audi filii in  
disciplinam patris tui Ex hoc ergo quod dicimus nos-  
trum fiduciam quod illud quod in ista oratione a deo petimus da-  
bit nobis ut arguamus sic Principale trahit ad se ac-  
cessorium. extra de conc. ec. uel alta. c. unico. li. vi. Sed deus  
dedit seipsum nobis Ideo uocamus eum nostrum Et  
respectu eius omnia sunt accessoria: ergo certi sumus  
quod ista dabuntur nobis a deo Et fundatur ista ratio  
per uerbo apostoli dicentis in epistola ad romanos  
Si deus pro nobis quis contra nos: qui pro proprio filio  
suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit il-  
lum: quomodo etiam non cum illo omnia nobis dona-  
uit: quasi dicat quod imo tertio nominamus in ista oratione  
nomen dei proprium: cum dicimus: qui es Circa quod  
sciendum: quod quoniam secundum doctores in ista uita neli-  
ciamus nomen proprium dei: tamen iter omnia que dicuntur

129  
de deo istud nomen qui ē magis sibi propriū quod  
patet quia moysi interroganti quid responderet filiis  
israel: si interrogarent quod erat nomen dei dixit de-  
us Sic dices filiis israel. qui ē misit me ad uos. **Di-**  
**cimus** ergo deo qui es quia deus ē firma entitas om-  
nia perficiens: summa bonitas omnibus sufficiens  
pura ueritas omnes erudiens: uera caritas omnes res  
ficiens. **Dico** q̄ de deo dicimus Qui es: quia ipse ē  
firma entitas nunq̄ deficiens. Unde ipse dicit de se i  
erodo Ego sum qui sum **Psal.** A seculo usq̄ in seculuz  
tu es deus. **Secundo** dicimus Qui es qz deus ē sum-  
ma bonitas omnibus sufficiens. Unde uni uocanti  
se bonum dicit cristus. nemo bonus nisi solus deus  
**Et de deo psal.** bonus es tu. et i bonitate tua doce me  
iustificationes tuas. **Et apof.** Sufficientia nr̄a est ex  
deo. **Dicimus** terciō qui est quia deus ē pura ueritas  
omnes erudiens. Unde dicit cristus in **Johā.** Ego sus-  
cipia ueritatem et uita. **Et i mat.** magister scimus quia ue-  
rax es et uiam dei i ueritate doces. **Quarto** dicimus  
deo qui es: quia deus ē uera caritas omnes reficiens. **Un-**  
**de i prima canonica Jo.** Deus caritas ē et qui manet  
i cari. i deo. et deus i eo. **Et ipsemet dicit i mat.**  
benite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et  
ego reficiam uos. **Dicendo** ergo qui es. fiduciam ha-  
bemus q̄ deus: quia ē firma entitas nulli deficiet: qz  
ē summa bonitas oibus sufficiet: qz ē pura ueritas o-  
mnes erudiet: quia ē uera caritas omnes reficiet. **Quar-**  
**to** in ista oratione captando dei beniuolentiam assig-  
namus sibi certū domicilium. cū dicimus i celis. **Arcu-**  
**quod** notandum q̄ celum quo ad nunc est quadruplex  
quia ē celum supernaturale: materiale: spirituale et i

Intellectuale Celum supernaturale ē ipsa trinitas. Et de  
isto dicitur i gene. suscipe celū i ipsaz trinitate: et nu  
mera stellas. i. eius proprietates et perfectiōes. si po  
tes. Celū materiale q̄tū ad nunc ē celum empiriū de  
quo dicitur i gene. In principio creauit deus celus et  
terram: quod secundum Strabum intelligitur de em  
piriō. Celum spirituale ē deuota anima de quo dicitur  
in psal. Dominus in celo sedes eius. Celum intel  
lectuale ē natura angelica de quo ibidem: uerbo do  
mīni celi id ē angeli firmati sunt scz in bono. In quos  
libet istorum celozum ē deus qz in primo celo id ē in  
trinitate ē indiuisibilis per essentiam. In secundo ce  
lo id ē empiriō ē viz clare uisus per gloriā. In ter  
cio celo id ē i anima deuota ē inhabitās per gratias.  
In quarto celo id ē natura āgelica ē eam eleuās per  
excellētiam. Dico primo qz deus in primo celo id ē in  
trinitate ē indiuisus per essentia. Et de hoc dicit i pet  
ma canonica Jobā: tres sunt qui testimonium dant i  
celo: pater uerbum et spūs sanctus. et hi tres unū sunt  
unum scz per essentiam. Secundo dico qz deus in se  
cundo celo id ē empiriō clare uidetur per gloriā. vnde  
de in apo: Apertum ē ostium in celo: et archa testamen  
ti uisa ē. Archa testamenti ē deus: qui ut dicit aposto  
lus ē noui testamenti mediator. Dico tercio qz deus ē  
in tercio celo: i i aīa deuota ipsam inhabitās per grās  
vnde i psal. Ad te leuaui oculos meos qui habitas i ce  
lo id ē i naturā āgelica ipsam eleuans per excellen  
tiam vnde psal. Elevata ē magnificētia tua super ce  
los gloria super ordines angelozū. Dicendo ergo i ce  
lis habemus fiduciā: quia deus ē i primo celo. in ipso

sus transformabimur / qz e in secundo: i ipso bificabi  
 mur: quia e i tercio per ipsum inhabitabimur: quia e  
 in quarto: per ipsuz eleuabimur: et sic termiatur pza  
 ma pars doinice ozonis i qua captamus dei beniuo  
 lentia Sequitur secuda pars i q optamus orationis  
efficaciam / ad hoc q exaudiatu requiruntur qtuor  
 viz q fiat cu firmitate fidei / cu boitate rei / cu deuot  
 rtione a / et q fiant in nomine cristi Dico primo q ad  
hoc q oratio habeat efficaciam / oz q fiat cum firmi  
tate fidei / sicut enim instrumentu e inefficax nisi sit signa  
 cito signo signatum Ira oz e inefficax nisi sit signa  
culo fidei consignata / Et ideo dicebat cristus / Quia  
quia orantes petitis / credite id e signaculo fidei signa  
nate et accipietis id e fiet uobis: ut dicitur in Joba:  
Scimus qnia deus peccatorem non exaudit / Ut aute  
dicit apol / Omne quod non e ex fide peccatum e / Et  
ideo ut dicit cristus / ueri adoratores adorabunt pzes  
in spiritu et ueritate scz fidei / Secudo dico ad hoc q  
oratio habeat efficaciam / oz q fiat cum bonitate rei  
id e q in oratione non petatur nocua sed utilia: sicut  
enim libellus ineptus e nullus / ita oratio inepta est  
nulla: in cuius signum dicit cristus / Petitis et non ac  
cipietis eo q male petatis / Dico tercio q ad hoc q o  
ratio habeat efficaciam / oz q sit cum deuotione an  
mi: sicut enim ad hoc q fumus ascendat de thuribulo  
oz q sit ibi ignis / Ira ad hoc q oz ascendat ad deuz  
oz q sit igne deuotionis accensa: in cuius signum le  
situr in apo / Stetit angelus iuxta aram templi hēns  
thuribulu aureum in manu sua / et data sunt ei incens  
sa multa: que sunt orationes sanctorum / ascendit sua  
mus aromatum in conspectu dei de manu angeli

id petebat psal. Dirigatur orō mea sicut incensum in  
conspectu tuo Quarto dico q̄ ad hoc q̄ orō habeat  
efficaciam. ōz ut fiat i noie cristi: sicut illud. quod pro  
curator agit non ualet. nisi agat nomine procurato  
rio: ita cum sumus orando procuratores cristi. si uolu  
mus exaudiri. ōz ut petamus in nomine cristi. Unde  
dicit cristus Quicquid petieritis patrem in nomine  
meo. hoc dabit uobis: ista quatuor optamus in orōne  
nrā cum dicimus Sanctificetur nomen tuum. prima  
tria tangūtur in hoc. q̄ dicimus sanctificetur nome  
secundum q̄ sanctum uno mō idēz ē ut firmū: in quo  
firmitas dei: alio mō ē idē quod sine terra. i quo utili  
tas rei: tercio mō ē idē quod sanguine tinctum. in quo  
deuotio animi designatur. Quartū tangit i hoc q̄ di  
cit nomē tuū: de quo nomine dicitur in marco In no  
mine meo eicient demonia: linguis loquentur nouis  
et si mortiferum quid biberint. nō eis nocebit: super e  
gros manus i ponent et bene habebūt. Et sic termina  
tur secunda pars dominice orōnis: in qua optamus o  
rationis efficaciam Sequitur tertia pars p̄ncipat  
lis: in qua docemur orandi modum et formā: cū dicit  
tur adueniat regnū tuū etc. Circa quod sciēdū q̄ ab is  
to loco usq̄ ad finē cōtinētur sex petitiones in quibus  
petimus oē quod ē nobis necessarius: rā in uita ista q̄  
in alia. Cū tota perfectio hoīs cōsistat i duobus. s. in  
declinatione mali et prosecutione boni. Iuxta illud psal  
Declia a malo et fac bonū. 3o i ista oratione petimus  
dēū ut nobis conferat bona ut malū a nobis auferat.  
Quantū ad collationē boni ponuntur tres petitiones.  
Cū enim sit triplex bonū. s. bonū glorie. bonū grē. bo  
nū nature. Istud triplex petimus nobis dari. nā glo

141  
rie petimus: cū dicimus. Adueniat regnū tuū. s. para-  
disi. Et ē sensus. o pater qui es i celis petis q reg-  
nū tuū adueniat. i. ad nos ueniat. Sed qre melius di-  
citur: adueniat regnū tuū q dicatur. adueniamus in  
regnū tuū. Dico ad denotandū q gloria paradisi non  
baberetur ex propriis meritis: s; ex mera grā dei. Iur-  
ta uerbū apli dicentis. non ex operibus iusticie que fe-  
cimus nos: s; secunduz suam miam saluos nos fecit  
sō dicitur adueniat ex gratia tua. i. ad nos uēiat non  
dicimus adueniamus: qz ut dictū ē ex nrīs meritis nō  
possumus illuc uenire: nēo enim pōt uenire nisi pater  
traxerit eū. ut dicitur i Jo. De isto rego dī. Aug. loqnt  
i persona dei. Hēale hēo: quid: regnū celozū. quo pre-  
cio emitur. pau pertate regnū. uilitate gloria. morte ut  
ta. bonū grē petimus cū dicimus. fiat uolūtas tua si-  
cut etc. ad cuius euidentiā sciendū q hō uocatur i scrip-  
tura terra. Unde psal. aīa nostra sicut. ter erep. ē de la.  
ue. idem de homine iusto. benedixisti domine terram  
tuam. Angeli autem siue sancti in paradiso existentes  
uocātur celū. Unde psal. Celi ena. glo. dei. Est ergo sē-  
sus. o pater pater. q es i celis fiat uolūtas tua i terra  
i. in nobis hōibus terrenis sicut i celo id ē sicut fit i  
angelis et beatīs. vel per terram intelligitur ecclesia  
militans. per celum ecclesia triumphans. ut sit sensus  
sicut fit uolūtas tua in ecclesia triumphante. ita peti-  
mus ut fiat in ecclesia militante que ar ē istra uolūtas  
docet nos apof dī. hec ē uolūtas dei scificatio uestra  
Et dicit fiat uolūtas tua qz dicit deus nō oīs qui di-  
cit dūe dūe intrabit regnū celozū. s; q fecerit uolūtatē p a-  
tris mei q ē i celis. hic intrabit in regnū celozū. bonum  
nature petimus cum dicimus Panem nostrum quoti-



āianū etc. **E**t ē sciendū q̄ panis dicitur a pan quod ē  
totum: in hoc enim q̄ petimus panem, petimus om̄  
nia nobis necessaria ad sustentationes huius miserie  
et transitorie uite, nec ē istud contra istud quod dicitū  
fuit supra parte secūda tractatu. iiii. ca. de oratione nō  
sunt petenda temporalia: quia intelligēdum ē q̄ nō  
sunt petenda directe et per se: sed inoptum sunt necessa  
ria ad habendū celestia: et sic bene possunt peti **A**n  
de gre. in collecta **S**ic transeamus per bona tempora  
lia: ut non amittamus eterna. **N**el intelligendū ē q̄  
non sunt petenda ad superfluitatem s̄ sustentationē  
et sic petimus ea hic. **U**nde petimus hodie: q̄ nō peti  
mus nisi iōrū necessarium ē pro die: ita petebat sa  
lomō cū dicebat **D**iuitias aut papertates ne dederis  
mihi. s̄ rātū uictus meo tribue necessaria **E**t **P**aulus  
hēntes alimēta et quibus tegamur his cōtēti simus  
**N**ō adū q̄ triplex ē panis quē petimus i ista orōne **P**ri  
mus ē panis spūalis austerē penitētie, et iste ē panis  
ordeaceus **E**t de isto pane dicitur in **Jo.** ē puer hie  
nus habens quinqz panes ordeaceos: isti quinqz panes  
sunt quinqz partes perfecte penitētie, s. cōfessio  
orō, elemosina cōfessio et ieiunū: de quibus dicitū ē i  
secūda parte **S**ecūdus pāis ē scrālis eucharistie de  
quo pane dicitur i **Jo.** hic ē panis qui de celo descen  
dit q̄ m̄ducauerit ex hoc pane uiuet in eternū **S**i forte  
tudine istius panis ambulabūt fideles usq̄ ad mōtes  
**P**aradisi: tercius panis est materialis siue tēporalis  
substantie, et de isto viz pane dicitur i **gene.** **I**n sudor  
re uultus tui uesferis pane tuo: istos tres panes peti  
mus in oratione ista **J**uxta uerbum saluatoris dicen  
tis in luca **A**mice accommoda mihi tres panes **J**uxta et

Sō tres petitiones respiciunt collationem boni. Sunt  
 alii tres qui respiciunt oblationem mali. Circa quod  
 notandum q̄ duplex ē malū. i. malum culpe. malum pe  
 ne: malum culpe ē duplex. s. preteritum et futurū. Se  
 cundū hoc sunt tres petitiones oblationis mali. In pri  
 ma petimus malū culpe preteritum nobis dimitti cū  
 dicitur Dimette nobis debita nostra etc. Ista debita  
 sunt peccata. Juxta parabolam cristi quam proposuit  
 Simoni leproso dicens Duo debitores erant cuidam  
generatori. que parabola intelligitur. secundū glo: de  
debito peccati. Ista debita petimus nobis dimitti a  
 deo: sicut nos dimittimus debitoribus nr̄is: qui con  
 tra nos peccauerunt: quia illud intelligitur de debito  
 iniuriarum quas debemus remittere: alioquin nisi di  
 mittamus deus nō dimittet nobis dicente cristo. Pa  
ter celestis non dimittet uobis: nisi uos dimiseritis v  
nusquisq; de cordibus uestris: in qua mensura men  
si fueritis eadez mensura remetietur uobis. Si ergo  
 uis q̄ deus remittat peccata tua tibi: dimitte tu illis  
 qui contra te peccauerunt: alioquin dicitur tibi Ex o  
re tuo te iudico serue neq̄. Dicit enim dimitte michi  
 sicut ego dimitto. s; tu non dimittis. ergo dicis q̄ tibi  
 nō dimittā. S; nūquid ille. qui existēs i fraterno cōsō  
 dicit istā orōnem peccat. Dico q̄ nō qz nō dicit eam  
i propria persona: s; i persona eccie: quod pz: qz dicit  
uobis et nō michi. Et ideo cū uniuersalis eccia nun  
 q̄ possit errare: et etiā nunq̄ errat in dicēdo istaz  
 orōnem. In secunda uero petitione petimus uobis qz  
 malo culpe futuro precauere et dicimus: et ne nos in  
 ducas i temptationem: notandū est q̄ tēptatio aliqua  
 dō sūt i bonū sicut in gene: quādo dicitur tēptauit

deus abraham Et in li. sapi. deus autem temptauit illos et inuenit eos dignos: et dicitur deus temptare duobus mo'is. vno mo' permissiue: et ita sumitur quādo dicitur Deus temptauit illos. i. temptare permissiue alio mo' dicitur temptare ut ostendat exemplum uirtutis aliis: sicut temptauit Abraham: ut ostēderet uirtutem obedientie eius: et de tali temptatione non intellegimus hic Aliquando autem temptatio sumitur in malum et ē duplex: nam quedā ē ab hoste. i. a demōe quedam a carne in q̄tum scz caro insurgit aduersus spiritum: temptatio que ē ab hoste non ē peccatum nisi consentiatur sibi: immo si resistatur sibi ē multum meritoria Et isto mo' fuit cristus temptatus ut dicitur in mathe. ubi dicitur Ductus ē ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur a diabolo etc: temptatio que ē ex carne semper prouenit in nobis ex pctō primorum parentum: et ē materialiter peccatum originale. mo' ista rebellio q̄tum ad sui principium nō ē in nrā ptāte prout dicitur q̄ primi motus non sunt ī ptāte nrā Sed resistere isti rebellioi siue allidere primos motus bene ē in ptāte nrā Et tō consentire temptationi siue sit ab hoste siue a carne semper ē peccatum: ita q̄ sit consensus cum deliberatione ē peccatum mortale Sed si sit consensus subitus et quasi subrepticus ē peccatum solum ueniale. mo' ergo in ista petitione nos non petimus ne temptamur. sed petimus ne in temptatione inducamur: tunc autem in temptationem inducimur quādo ei cōsentimus Et ideo in ista petitione nil aliud petimus nisi q̄ deus det nobis uirtutem resistendi temptationi quod Apostolus promittit cum facturum dicens: fidelis deus qui non permittit nos

temptari super illud quod non potestis: sed faciet cum temp-  
 tatione prouentum ita ut possitis sustinere In ultima pe-  
 titioe petimus a malo pene liberari cum dicimus Sed li-  
 bera nos etc. ita intelligitur hoc de malo pene eterne  
 quod est simpliciter malum: nam malum pene temporalis potest  
 esse et aliquando bonum sicut bonum fuit martiribus pati et  
 sustinere multas penas et multa tormeta Unde a tali  
 malo non petimus liberari: sed a malo pene eterne In-  
 ra quod petit ecclesia libera me domine de morte eterna  
 In fine omnium subiungitur Amen: ita fiat quasi con-  
 firmatio omnium petitionum Sic ergo in oratione dominica sunt  
 septem petitiones in quarum prima petimus orationis effi-  
 cacia cum dicimus: sanctificetur nomen tuum quasi dicas  
 Sicut nomen tuum est sanctum et firmum ita illud quod pe-  
 timus in ista oratione sit firmum Et ideo licet ista peti-  
 tio sit prima in ordine tamen est ultima in intentione In  
 aliis sex petimus nobis omne bonum conferri et a nobis om-  
 ne malum auferri Donet dominus ut uobis hec omnia con-  
 cedatur Et ista sufficiant Optum ad nunc quod forte alias de  
 ista materia latius loquar De decem preceptis L. iij  
 interrogati iuueni quod faciendo habet uita eternam  
 Respondit christus Si uis ad uitam ingredi serua man-  
 data. q. di. Ingressus ad uitam eternam est obserua-  
 tio mandatorum que quidem mandata sunt precepta decalogi  
 Et dicitur decalogus a de quod est decem et logos  
 quod est sermo quasi decem preceptorum sermo Sunt  
 ergo precepta legis decem quorum quedam ordinant  
 hominem in deum et quedam in proximum Precepta que  
 ordinant hominem ad deum sunt tria secundum quod  
 homo est obligatus deo ad tria sicut enim uasallus debet  
 domino tria scilicet fidelitatem: ut non recognoscat a

liquem aliū dōinum reuerentiā ut nō faciat et ob  
probrium famulatur ut impēdat ei debitum obsequi  
um Sic quislibet de dictamine iuris naturalis ē obli  
gatus deo ad ista tria Et iō q̄rum ad primū ē istud  
preceptum. nō habebis deos alienos corā me Quan  
tum ad secundum. nō assumes nomen dei tui inuaniū  
Quantum ad terciū ē istud. memento q̄ diē sabbat  
ti sanctifices Precepta que ordinant homines ad pro  
ximū sunt septem Ordinatur enim hō ad proximum  
duobus mōis scz ut hōm sibi faciat: et ne sibi nocet  
at Quantum ad primū ē unum preceptū. s̄ hōra pa  
trem et matrem Quantum ad secundum sunt sex pre  
cepta Pōt enī hō nocere proximo tribus mōis Ano  
mō factō Alio mō uerbo. tercio mō uolūtate facto pōt  
sibi nocere tribus mōis. s̄. in persona propria cōiunc  
ta: uel in propria substantia Quantum ad primū ē  
istud preceptum. nō occides Quantum ad secundum  
ē istud. nō mechaberis Quantum ad terciū ē istud  
nō furtum facies Quantum ad hoc ne hō noceat suo  
proximo uerbo ē istud: non falsum testimoniū dices  
Quantum ad hoc ne noceat hō proximo uolūtate as  
lia sunt duo Quia ne noceat sibi uolūtate libidinē et  
ē istud. nō cōcupisces uxorē proximi tui. ne autē no  
ceat sibi uolūtate cupiditatis ē istud: nō cōcupisces  
seruū: nō ancillam: nō bouem: nō asinum Ista ergo  
sunt decem precepta de quorū que liqet aliqua per or  
dinem sunt dicenda.

De primo precepto  
Primum preceptum. nō habebis deos alienos  
coram me Ita q̄ in isto precepto prohibetur  
ōnis idolatria: ōnis heresis et oēs species sortilegi  
siue diuinationis quecunqz mō fiant siue in igne in

aere: siue in aqua: siue in terra: siue in corporibus mor-  
 tuorum: siue in aspectu garritus uel uolatus auisus si-  
 ue in caracteribus: siue in aspectione uana psalterii  
 uel euangeliorum et aliarum scripturarum: et regula-  
 riter omnis damnatio quocumque dictorum modorum  
 uel simili modo fiat prohibita est in isto precepto: et est ma-  
 ledicta a deo: et a sancta ecclesia tanquam infidelitas et  
 idolatria reprobata. Cum enim futura que solius dei  
 sunt per tales superstitiones aliqui inuenire laborant  
 diuinitatis iura creaturis attribuunt. Ita dicit Isai-  
 as. Priora et nouissima annunciate michi et dicam quod  
 dicitis uos. August. et habetur xxvi. q. vii. non obserue-  
 tis dies qui dicuntur egipciaci aut kalendas Janua-  
 rii: in quibus cantilene et quedam comestationes: et  
 ad inuicem donaria donantur: quasi in principio boni  
 anni fati donantur augurio: aut aliquos menses aut  
 tempora aut dies aut annos: aut lune: aut mensis so-  
 lisque cursum: quia et qui has et quascumque diuinatione-  
 nes: aut facta: aut auguria obseruat: aut attendit: aut  
 consentit obseruationibus aut talibus credit: aut ad do-  
 mum eorum uadit: aut in sua domo introducit ut inter-  
 roget: sciat se fidem christianam et baptismum preuari-  
 casse ut paganum et apostatam et dei inimicum esse et  
 iram dei grauiter incurrisse nisi ecclesiastica emenda-  
 tus penitentia deo reconcilietur. nota tamen quod agrici-  
 cole que seruant tempora ad seminandum: uel ad arbo-  
 res incidendas: et ad similia: que certam et naturalem  
 habent rationem. Vel phisici qui ad medicinas dan-  
 das: uel minutiones faciendas et ad similia obseruant  
 dies certos et tempora non condemnantur hic. Quia e-  
 nis omnia ista inferiora subsunt quantum ad naturam corpoream

influentie corporum celestium non est prohibitum imo est  
debitum et necessarium respicere in istis et attendere  
influxum stellarum et planetarum Sed cum anima ra-  
tionalis in nullo subsit influentia istorum corporum de-  
cente tolotheo Nisi sapientis dominabitur astris res-  
picere talia in his que a libero arbitrio procedunt est su-  
persticiosum et uanum Unde ex clamore cornicis pro-  
nosticare pluiam futuram non est supersticiosum cum  
talia animalia ex dispositione et ex immutatione ae-  
ris possunt in corporibus suis sentire talem immuta-  
tionem. notandum etiam quod si aliquis uel aliqua colli-  
gat aliquam herbam: dicendo symbolum uel orationem  
dominice ut ponat eam super aliquem infirmum in  
ta intentione ut in istis deus et creator omnium et do-  
minus honoretur: non reprobatur dummodo nulla a-  
lia obseruata supersticiosa obseruetur uel misceatur  
xxxvi. q. v. non liceat et. q. vii. non obseruetis Et istud  
est habendum pro regula generali in materia ista: quod i-  
quisitio omnis que fit per inuocationem demonum ta-  
cita uel expressa quomodocumque fiat siue per caracte-  
res siue per figuras siue quocumque: est in isto precepto  
prohibita Sed quid erit de istis conuiciis in quibus  
recitantur nomina dei et angelorum et ponuntur mul-  
ta bona uerba: Dico quod in istis cauendum est ne sub spe-  
cie boni lateat malum Unde diligenter aduertendum  
est ne inter illa nomina admisceantur aliqua nomina is-  
notata: que magis sunt nomina demonum quam angelorum  
Cum enim ut dicit beda. nulla falsa doctrina sit que non  
aliqua uera falsis admisceatur: impossibile est quin in istis  
supersticiosis non admisceantur aliqua bona cum  
malis et quia modicum fermenti totam massam corrumpit

Quotumcunq; sint ibi multa bona si sint ibi aliqua ma-  
la totum e corruptum et suspectum: quia etiam ange-  
lus malus sepe transfiguratur in angelum lucis non  
e credendum istis fantasticiis: qui dicunt se uidere an-  
gelos uel sanctos aliquos unde dicit apostolus Pro-  
bate spiritus si ex deo sint

De secundo precepto

Secundum preceptum e non assumes nome dei  
tui in uanum Ita q; in precepto isto prohiben-  
tur primo et principaliter omnes species per-  
iurii que sunt multe Ad cuius euidentiam e sciendum

quod hoc q; iuramentum sit licitum oz q; sint ibi tria  
scilicet ueritas iudicium et iusticia: ita dicit dominus per  
prophetam Iherem. Jurabunt ait dominus in uerita-  
te in iusticia et in iudicio. xxi. q. i. et iurabunt: et si a-  
liquod istorum trium defecerit periurium dicitur xxi  
q. i. animaduertendum Veritas enim semper debet es-  
se in conscientia iurantis: ut sciat firmiter esse sicut iu-  
rat: alias si credat non debet esse conscientia s; de cre-  
dilitate iurare. Iudicium dicitur hic discreta delibe-  
ratio: s; ut non iuret etiam uerum: nisi propter necessi-  
tate. i. cu dicit alicui aliquid uerum quod ei expedit: uel  
utile e credere si pluri assertioi. Iusticia ut illud quod  
iuratur sit licitum et honestum extra de iureiuram. et si cri-  
tus Quocumq; ergo iuretur siue iuramentum sit assertori-  
um siue promissorium: quodcumq; istorum deficiat: siue q;  
iuretur falsum siue uerum: tamen iurans credat iura-  
re falsum: siue q; iuretur absq; aliqua necessitate: siue  
q; iuretur aliquid illicitum semper e periurium: et di-  
recte e contra istud preceptum Sed quid fiet de istis  
iuramentis quotidiis, q; fiunt ex q;da mala leuitate et ex



quadam mala consuetudine: nunquid est tibi periurium  
cum deficit tibi iudicium Dico quod sic Sed si fiant de  
re licita et sine intentione decipiendi uel fallendi: illud  
periurium non est nisi peccatum uentiale. si autem fiat  
cum intentione fallendi uel si fiant de re illicita est pec-  
catum mortale Unde nota quod cum iuramentum non fu-  
erit inuentum ut sit uinculum iniquitatis: iuramentum  
quod fit de re illicita uel quod fit contra caritatem  
et quod non potest seruari sine interitu salutis eterne  
sicut si iurarem me aliquem interfectorum uel non do-  
turum elemosinam uel aliquod tale periurium est: nec  
est aliquatenus obseruandum Unde Ihero. In malis  
promissis rescidi fidem: in turpi uoto muta decretum  
notandum etiam quod hic prohibetur iuramentum quod  
fit per falsos deos: quod non debet fieri a cristiano  
tamen credo quod cristianus ubi esset expediens posset  
recipere iuramentum a pagano per deos suos. Unde  
notandum quod non est iurandum per creaturas nisi per  
aliquas uidelicet per euangelium per altare per cru-  
cem per reliquias sanctorum in manu etiam episcopi  
potest iurari uicesima questione prima. si aliqua et  
decima questione quinta. qui periurat Unde nota  
quod qui periurat per creaturam non concessam debet  
cerrime corrigi ut dicit Raimundus

#### De tercio precepto

Tercium preceptum est. memento ut diem sab-  
bati sanctifices. ita quod in isto precepto precipi-  
tur primo et principaliter obseruari dies do-  
minica: et ex consequenti alie solemnnes festiuitates

ponuntur de conse. di. iiii. pronuncian-  
 das domini. sanctorum Stephani Johannis euan-  
 geliste innocencium Siluestri: circuncisio domini: epis-  
 phania domini: purificatio beate marie: sanctu pas-  
 cha cum tota eius ebdomada: tres dies rogationum  
 ascensio domini: dies penthecostes: sancti Johannis  
 baptiste: duodecim apostolorum: et maxime Petri et  
 Pauli: qui mundum sua predicatione illuminauerunt  
 sancti laurentii: assumptio scē marie: natiuitas eius de  
 dedicatio sancti michaelis: dedicatio cuiusqz orato-  
 ris omnium sanctorum sancti martini: et ille festiuis  
 tates quas singuli episcopi in suis episcopatibus cū  
 populo collaudauerunt: que uicinis commozantibus  
 indicende sunt: non tamen generaliter omnibus: ta-  
 men intellige hoc ultimum de sanctis canonisatis ab  
 ecclesia romana: quia cristus per se non posset aliqū  
 sanctum canonisare. extra de re. et ue. sanctorum. ca. i  
 Relique uero festiuitates per annum non sunt cogens  
 de ad feriandum nec prohibende. hec ita scripta sunt  
 de determinata die de conse. di. iiii. pronuncian-  
 dum. Eusebius papa statuit festum inuētions sanc-  
 te crucis. v. nonas maii solemniter celebrari de con-  
 di. iiii. crucis. nota etiam q̄ in isto capitulo pronuncis-  
 andum: non fuit mentio de annuntiatione btē marie  
 uirginis: cum tamen sit festum celebre et solemne etc.  
 Sed forte diceret aliquis istud preceptum de die sab-  
 bari et non die dominica intelligendum ē Ad cuius e-  
 uidentia notandū q̄ i lege ueteri fuerūt quedā precep-  
 ta ceremonialia et quedā moralia Cerimonialia erāt per  
 illa q̄ tinebāt ad specialē cultū dei: sicut q̄ die tali fie-  
 ret tale sacrificium uel tale et etiam que pertinebant

ad ceremonias illius populi sicut q̄ induerentur tali  
ueste et similia Et ista precepta ex quo cristus resur  
rexit non fuerunt obseruanda immo qui ea obserua  
ret mortaliter peccaret. moxalia erant illa que erant  
de dictamine legis nature: sicut deo seruire bonoza  
re parentes et similia: et talia precepta adhuc manent  
in uirtute sua. modo preceptum de obseruatione sab  
bati pertinet erat moxale: q̄tum ad hoc: s̄ q̄ debitus  
honor impenderetur deo: quia istud ē de dictamine le  
gis nature: s̄ q̄ tali die determinate talis honor im  
penderetur magis q̄ alia die erat ceremoniale in q̄  
requies illius diei erat figura illius sabbati magni  
quo cristus quiescit in sepulchro: et ideo q̄tum ad ist  
tud cessauit illud preceptum: ita q̄ dies sabbati fact  
mutatus in diem dominicā et rationabiliter In hac  
enim die mundus sumpsit exordiu: resurrexit cristus  
mors interitum: et uita accepit principium Et ista ē i  
tentio beati Pauli i epistola ad col. ubi dicitur. nemo  
uos iudicet in cibo aut potu aut in tempore diei festi  
uorum aut neomenie aut sabbatorum que sunt umbra futu  
rorum Et de hoc disputat apostolus ad hebreos. iiii. et  
iiii. c. et habentur super hoc multa. c. de con. di. iiii. In  
diebus festiuis debent uacare homines hūmānis psal  
mis et canticis spiritalibus et aliis bonis operibus  
magis q̄ in aliis diebus: et ideo debent abstinere ab  
omni opere seruili: non solum a peccato quod proprie  
seruile dicitur: quia facit hominem seruum diaboli: s̄  
etiam ab operibus mechanicis et a negociis secularibus  
ut mercatum non fiat: nec placitum: nec aliquis  
ad mortem siue penam iudicetur: nec sacramenta iur  
retur nisi pro pace facienda de consecratione distinct

tercia rogationes De his mechanicis et secularibus  
 bus expressit deus dicens Sex diebus operaberis  
 opera tua: septimo autem die sabbatum est domini  
 dei tui non facies omne opus tu et filius tuus et filia  
 tua et seruus tuus et ancilla tua et iumentum tuum et  
 aduena et qui est intra portas tuas: nota etiam quod prop-  
 ter periculum hostium uel tempestatis iminentia pos-  
 sunt fructus colligi in diebus dominicis et festiuis  
 Ita tamen quod de illis pro posse studeant illi quorum  
 sunt largiores elemosinas erogare Scholares etiam in  
 butusmodi diebus possunt scribere in quaternulis su-  
 selectiones quas per ebdomadam audierunt

De quarto precepto

Hartū preceptum et est primū de illis que per-  
 tinent ad proximum hoc est honora patrem tu-  
 um et matrem tuam Ita quod in isto precepto di-  
 recte precipitur quod parentes honorentur: et est intelligē-  
 dum non solum de honore reuerentie: sicut quod osculetur  
 eis manus et similia: immo de honore subsidii et pro-  
 uidentie: scilicet quod prouideatur eis in necessariis secundū  
 facultates uniuscuiusque. nomine etiam patris et ma-  
 tris intelliguntur magistri et prelati ecclesie et domi-  
 ni temporales: quibus omnibus est debitus honor ex-  
 hibendus: nomine etiam patris et matris intelligū-  
 tur omnes proximi quibus si indigeant sunt septē mi-  
 sericordie opera exhibenda Et notandum quod operum  
 misericordie quedam sunt spiritalia quedam tempo-  
 ralia Spiritalia sunt ista: consulere nescientes: corri-  
 gere delinquentes: remittere iniuriantibus: consolari  
 tristes: sustinere importunos: orare pro persecutoribus  
 Ande uersus Consule castiga: remitte solare fer-  
 t iiii

ora Corporales autem sunt iste: pascere esurientes:  
potare sitientes: uestire nudos: uisitare infirmos: res-  
di mere captiuos: colligere hospicio uagos sepelire  
mortuos. Unde uersus. *Uisitopoto cibo redimo tego  
colligo cōdo*

De quinto precepto:

Unum preceptum: et est secundum de peris-  
sentibus ad proximum. non occides supple in-  
iuste In quo precepto prohibetur homicidium et sub  
nomine homicidii intelligitur omnis iniuria corpor-  
alis que potest inferri proximo. Et ē notandus q̄ di-  
plex ē homicidius: quia quoddam ē spirituale et quod-  
dam corporale. spirituale fit quinqz modis: scilicet o-  
dit fratrem suum homicida ē Detrahendo: male cō-  
sulendo: nocendo. Et de istis tribus habetur de peni-  
tentia di. i. homicidiorum etc. omnis iniquitas. et. c.  
noli putare. *Uicium* subtrahendo di. lxxvi. *Paſce* fac  
me morientem. et si non pauiſti occidisti: et quodlibz  
istorum homicidiorum secundū doctores fit duobus  
modis vno modo uerbo: alio modo facto. *Uerbo* fit  
tribus modis scz precepto: consilio: et defensione di.  
i. *Si quis* uiduam de pe. di. i. *Periculose* et quodli-  
bet istorum si fiat iniuste ē peccatū mortale. *facto* fit  
quatuor modis. s. iusticia: necessitate: casu: et uolunta-  
te. *Iusticia*: ut cum iudex uel minister iuste condemna-  
tum ad mortem occidit. hoc homicidium si fit ex liuo-  
re uel amore fundendi humanum sanguinem: licet tra-  
lis occidatur iuste quia merebatur mortem iste peccat  
tamen mortaliter propter intentionem corruptas

si uero fiat ex amore iusticie tunc non peccat iudex cō  
 demnando ad mortem: nec precipiendo ministro ut  
 occidat eum: nec minister exequendo mandatum iu  
 dicis ordine seruato Probatur hoc ex uerbo aposto  
 li ad romanos ubi dicit Sit omnis anima potestati  
 bus sublimioribus subdita et sequitur. non enim sine  
 causa gladium portat: dei enim minister est iudex  
 in iram et qui male egit Si fiat necessitate distins  
 gue: quia illa necessitas aut fuit euitabilis: poterat e  
 nim euadere absq3 occisione hominis: et tunc est re  
 us homicidii: et debet agere penitentiam tanq̄ pro  
 mortali Aut fuit inuitabilis quia occidit hominem  
 absq3 odii meditatione: imo cum dolore et tristitia a  
 nimi se et sua liberando: et in isto casu non dicitur  
 peccare nec astringitur ad penitentiam: debet tamē  
 dolere et suis peccatis ascribere quia in tantam po  
 nit uenire necessitatem: bonorum enim mentium is  
 bi ē culpa inuenire ubi culpa non ē extra de homici  
 dio. interfecisti Si autem fiat casu hoc distingue: qz  
 aut iste dabat operam rei licite aut illicite Si illicite  
 puta quia proiecit lapidem uersus loca per que con  
 suerunt homines transire Uel dūz furabatur equū  
 uel bouem uel uaccas aliquisa boue uel equo uel uac  
 ca percussus interiit uel similia In isto casu talis sim  
 pliciter est reus homicidii Si dabat operam rei lici  
 te: puta quia incidebat arborem sibi necessariā: uel  
 deponerat fenum de curru uel similia: si adhibuit dis  
 ciplinam quam debuit: uidelicet respiciendo uel pro  
 clamando non nimis tarde nec remisse sed tempore li  
 cito et congruo: et ita alte q̄ si aliquis erat ibi uel ue  
 nitabat poterat fugere uel cauere: tūc sibi nō imputatur  
 t iiii

di. l. sepe contingit extra de homicidio. quedam Si  
autem fiat homicidium uoluntate sine omni distinc  
tione: tenendum e qd e grauissimum et enorme peccaa  
tum di. l. si quis uoluntarie.

De sexto precepto

Sextum preceptum e non mechaberis Ita qd  
isto precepto prohibetur omnis cocubitus pre  
ter qd cum legitima uxore que autem et quot sunt spe  
cies talis concubitus: uide supra parte secunda tracta  
tatu secundo capitulo nono

Dicendum e nunc de septimo precepto et e furtum

Septimum preceptum e non furtum facies Ita qd i ist  
to precepto prohibetur furtum rapina usura fraus  
dolus: et generaliter omnis acquisitio illicita  
rei aliene quocumqz mo et quocumqz pallio siue titulo fi  
at

De octauo precepto

Octauum preceptum e non falsus testimonium dices  
Ita qd in isto precepto prohibetur one men  
daciū Et e sciendum qd secundum Aug. li. de men  
dacio octo sunt genera mendaciorum Primum e qd fit in  
doctrina fidei et bonorum morum ut dicere cristum non na  
tum de maria uel non esse passum in cruce: uel aliud si  
mile circa articulos fidei: uel alios bonos mores Se  
cundum e quod nulli prodest et obest alicui: ut e menda  
cium detractoris: uel falsi testis in causa criminali. tert  
cium e quod prodest uni sz obest alteri: ut mendacium fals  
si testis in causa pecuniaria Quartum e quod fit sola li  
bidine mentien di: et quasi absqz caret utilitate Quintum  
e quod fit placendi cupiditate ut mendacium adulatorio  
nis Sextum e quod nulli nocet sz prodest alicui ad eui  
andum periculum pecunie uel alterius rei: sicut si alia

119  
quis sciens pecuniaz alicuius tollendā a fure uel rap  
toze mentiatur se nescire ubi sit Septimum ē quod  
nulli prodest et obē alicui ad euitādū periculū perso  
ne: ut si aliquis queratur ad mortem et aliquis men  
tiatur se nescire ubi sit Octauum ē quod nulli obest et  
prodest alicui ad hoc ut ab immundicia corporali ali  
quem teneatur: ut si uolenti corrumpere uirginem mē  
tiatur aliquis dicens eam esse conjugatam Alia dis  
tinctio ponitur ab August. s. q. mendaciū aliud pernī  
ciosum: et istud comprehendit quinqz genera prime  
distinctionis et ē semper peccatum mortale. xxi. q. ii.  
primum Aliud ē officiosum: et istud comprehendit ul  
tima genera prime distinctionis et ē peccatuz uenia  
le Aliud ē iocosum et istud etiā credo qd ē peccatū ue  
niale quod intelligo quando ille cui dicitur nouit cau  
sa iocandi dictum fuisse: et qd non dicatur ex libidine  
mentiendi De mendacio adulariōis. nō qd aliquis po  
test adulari alicui tribus modis vno modo bonum at  
tribuendo quod non habet: et de isto dicunt aliqui qd ē  
ueniale Alio modo approbando malum quod habz et  
istud secundum omnes ē mortale Alio modo extollē  
do bonū quod habet: et istud secunduz ōnes ē ueniale  
De nono et decimo preceptis

Nonum et decimum precepta prohibent actuz  
interiorem scilicet actum uolūtat is. s. qd nullus  
concupiscat uxorem alienaz et nomine uxoris  
intelligitur quecunqz mulier: quia ut dicit crīstus: qd  
uiderit mulierez ad concupiscenduz eam iam mecha  
rus est eaz in corde suo Similiter nemo concupiscat  
alicui rem alienam ad possidendum. horum precepta



torum: quedam sunt affirmatiua: quedam negatiua  
ut patet de se Affirmatiua obligant semper et non ad  
semper sed pro loco et tempore: negatiua obligant  
semper et ad semper De his decem preceptis habentur  
aliqui uersus Unum crede deum nec iures uana  
per ipsum Sabbata sanctifices habebas in honore  
parentes non sis occisor mechor fur testis iniquus  
Aniuscuiusq; thorum resq; caueto suas

De dotibus glorie paradisi Capiculum quartum

Via teste Augustino nullum bonum irremus  
neratum: neq; malum impunitum Ideo ulti  
mo uidendum e de dotibus et de premiis glo  
rie paradisi: que habebunt illi qui obseruabunt pre  
cepta ista notandum ergo q; obseruatoribus precep  
torum istorum dabuntur septem dotes id est septem  
glorie in paradiso: tres ex parte anime: et quatuor ex  
parte corporis Ex parte anime clara uisio scilicet q;  
uidebimus deum clare sine aliquo uelamine: et in ista  
ta uisione consistit tota nostra beatitudo Unde Aug  
ustinus Uisio est tota merces Et ista clara uisio suc  
cedit uisioni fidei Ita dicit Paulus Uidemus nunc  
scilicet in uita ista per speculum in enigmate scilicet  
fidei tunc autem facie ad faciem Secunda dote ex par  
te anime e firma tentio: q; scilicet firmiter tenebimus  
eum q; ipsam amittere non possumus De ista tuten  
tione dicitur in cantico tenui eum nec dimittam Et  
ista firma tentio succedit spei: tertia dote ex parte ani  
me erit perfecta fructio scilicet q; anima beata perfec  
te fruet deo et satiabitur et delectabitur in eo psalmi

Satiabor cū apparebit gloria tua et perfecta fruitio  
 ista succedit amori caritatis Et de istis tribus doti-  
 bus dicit augustinus Videbimus amabimus lau-  
 dabimus Istud officium habebimus in paradiso ui-  
 dere scilicet et audire et amare deum Post resurrectio-  
 nem autem habebimus quatuor dotes ex parte corpo-  
 ris: quia corpora nostra erunt agilia id est mouebun-  
 tur per quantumcunq; spacium sine aliqua fatigatio-  
 ne et labore: Erunt etiam impassibilia: quia a nullo  
 poterunt pati. Erunt etiam immortalia: quia nullo  
 modo poterunt mori: Erunt etiam clarissima Unde  
 saluator. fulgebūt sancti sicut sol in regno patris mei  
 Lutus conciuēs nos faciat rex regū et dominus do-  
 minantium ihesus crīstus

Ec circa officū curatorūz breuiter a me per-  
 stricta sunt: ut simplices in aliquo instruerētur  
 et magis proeecti ad altiora inuestiganda la-  
 borarent Obsecrans ut si in libello isto lector aliqua  
 utilia inueniat: ipsa attribuat soli deo: gratias ei refe-  
 rens et michi peccatori q̄ aliquam scintillam in a-  
 telligentie michi impartiri dignatus ē Ea autem q̄  
 minus bene dicta uidentur humane fragilitati ascri-  
 bens charitatiue corrigat: et pro me peccatore prece-  
 ad deum fideliter fundat.

Incipit tabula siue regiftrum manupuli curatoꝝ  
In isto libro sunt tres particule Et prima continet  
in se septem tractatus

Tractatus primus prime partis de sacramentis  
in generali et habet tria capitula Primum de in  
stitutione sacramentorum. Secundū uero capitulum  
de efficacia sacramentorū. terciū de numero scōꝝ

Secundus tractatus prime partis de baptismo  
et habet octo capitula Primum capi. quid ē bap̄tis  
mus Secundū de materia bap̄tismi terciū de for  
ma bap̄tismi Quartum de ministro bap̄tismi Quin  
tum de suscipientibus bap̄tismus Sextū de ritu bap̄  
tismi Septimum de effectū bap̄tismi Octauum de  
annexis bap̄tismi

De confirmatione tractatus tercius et habet septē  
capitula Primum quid ē confirmatio Secundum de  
materia confirmationis. terciū de forma confirma  
tionis Quartum de ministro confirmationis Quin  
tum de suscipientibus confirmationem Sextum de ri  
tu cōfirmationis septimū de effectibus cōfirmatōis

De eucharistia tractatus quartus prime partis et  
habet xi. capitula Primum de eucharistia Secundū  
de ministro eucharistie. terciū de materia eucharis  
tie Quartum de forma eucharistie Quintum de loco  
ubi debet celebrari missa Sextum capi. de tempore  
quo debet dici missa Septimum quotiens debet dici  
missa in die Octauum de uestibus quibus sacerdos  
induitur in missa. nonum quibus debet dari sacramē  
tum eucharistie Decimum de ritu misse Undecimus  
de defectibus qui possunt euenire in missa

Quintus tractatus prime partis de sacramento ordi-  
nis et habet quinque capitula Primum quid est ordo  
Secundum quot sunt ordines tertium si in quolibet  
ordine imprimitur character Quartus in quo impri-  
mitur in quolibet ordine Quintum que requiruntur  
in suscipiente ordines

Sextus tractatus prime partis de extrema unctio-  
ne et habet septem capitula Primum de materia ex-  
treme unctionis Secundum de forma extreme unctio-  
nis tertium de ministro extreme unctionis Quartum  
de effectu extreme unctionis Quintum quibus debet  
dari extrema unctio Sextum in quibus partibus cor-  
poris debet fieri Septimum utrum debeat iterari

Septimus tractatus prime partis de sponsalibus  
et habet quinque capitula Primum que sunt sponsalia  
Secundum quot modis contrahuntur sponsalia ter-  
cium qua etate possunt contrahi Quartum quis sit ef-  
fectus sponsalium Quintum in quibus casibus dis-  
solvuntur

Secunda pars de matrimonio et habet octo capita-  
la Primum quid est matrimonium Secundum qualiter  
contrahitur matrimonium tertium quomodo et ubi et  
quibus verbis fuit matrimonium institutum Quartum que  
fuit causa institutionis Quintum qui possunt contra-  
here matrimonium Sextum quot modis dicitur ma-  
trimonium Septimum quot sunt bona matrimonii Oc-  
tavum que impediunt matrimonium

De secunda particula

Secunda pars principalis huius operis habet  
tres tractatus Primus est de penitentia Secundus  
de publica penitentia tertius de gratia contritionis

Primus tractatus secunde partis de contritione et  
habet septem capitula Primum quid est contritio Se-  
cundum de puritate contritionis. tertium de quali-  
tate contritionis Quartum de duracione contritionis  
Quintum de quibus debet esse contritio Sextum quot  
sunt cause inductiue contritionis Septimum quis sit  
effectus contritionis

Secundus tractatus secunde partis de confessioe  
et habet xi. c. Primum de institutione confessionis Se-  
cundum de illis qui tenentur confiteri. tertium de te-  
pore quo tenetur homo confiteri Quartum cui est faci-  
enda confessio Quintum de quibus facienda est con-  
fessio Sextum de conditionibus confessionis Septi-  
mum de iteratione confessionis Octauum quomodo  
se debet habere sacerdos ad confitentem. nonum de i-  
terrogationibus faciendis in confessione Decimum  
de potestate clauis et effectus confessionis Undecim  
mum de sigillo confessionis

De satisfactione tractatus tercius secunde partis et  
habet vi. c. Primum quid est satisfactio et in quibus co-  
sistit Secundum de elemosina que est pars satisfactio-  
nis. tertium de ieiunio que est secunda pars Quartum  
de oratione que est tertia pars. Quintum de mensura  
satisfactionis et quomodo penitentia imponenda est pro unoquo  
que peccato Sextum utrum unus possit pro alio satisfacere

De ultima parte huius libelli que est tertia pars  
principalis et continet. lxxx. c. Primum de articulis fi-  
dei Secundum de petitionibus orationis dominice  
tertium de decem preceptis legis per ordinem Quar-  
tum de dotibus beatorum

Explicit tabula



**du**  
Tunc a ...  
suscepit ...  
19. Tunc palmarum 902 10

a. 1487  
suscepit ...  
Tunc ...  
suscepit ...  
Tunc ...  
(inductio)

1488  
suscepit ...  
Tunc ...  
20. m. ...